Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415112222-333183754-10/fragment/page=0001

L.e. 82.

1) Lüdewig, Jo. Petrus

nobilis — 10)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-119201541511222-333183754-10/fragment/page=0002

Q. B. V.

# ORATIO HISTORICA EADEMQ ALTERA DE LEGIBVS AC CONSTITVTIONIBVS BRANDENBVRGICIS IISQVE IN SVPERIORI BVRGGRAFIATV NORICO PROMVLGATIS ET PER TYPOS VVLGATIS

IPSO NATALI XLV. LONGE EXOPTATISSIMO

*SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI DOMINI*

**GEORGII GVILIELMI**

MARGGRAFII BRANDENBVRGICI BORVSSOR MAGDEBVRG. STETINENS. POMERAN. CASSVB. VANDAL. MEGAPOL. VT ET IN SILESIA CROSSENSIVM DVCIS RELIQVA

PATRIS PATRIAE OPTVMI DOMINI AC NVTRITORIS NOSTRI MVLTO CLEMENTISSIMI

*IN ILLVSTRI COLLEGIO*

CHRISTIAN-ERNESTINO

XVI. KAL. DECEMBR. A. R. G. MDCCXXII

CORAM SPLENDIDISSIMA AVDITORVM CORONA NOMINE PVBLICO DICTA

*A*

**M. IO. GEORG. DIETERICO**

ILLVSTR. CONSIST. ASSESSORE CONCIONATORE AVLICO PHILOSOPHIAE PROFESSORE PVBLICO NEC NON SERENISSIMI BIBLIOTHECARIO

---

*Barutbi*, PRELO IO. LOBERI, AVLAE CANCELLARIAE ET ILL. COLLEGII CHRISTIAN-ERNESTINI TYPOGRAPHI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-119201541511222-333183754-10/fragment/page=0003

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO

# GEORGIO GVILIELMO

MARGGRAFIO BRANDENBVRGICO BORVSSOR. MAGDEBVRG. STETINENS POMERAN. CASSVB. VANDALOR. MEGAPOLIT. VT ET IN SILESIA CROSSENS. DVCI BVRGGRAFIO NORIMBERGENS PRINCIPI HALBERSTAD. MINDENS. CAMINENS. VANDAL. SVERINENS. ET RAZEBVRG. COMITI HOHENZOLLERAN. ET SVERIN. DITIONVM ROSTOCHIENS. ET STARGARDIENSIS DOMINO

SACRAE CAESAR. MAIESTATIS ITEMQ REGIS POLONIARVM NEC NON S. R. I. ET CIRCVLI FRANCON GENERALI CAMPI MARESCHALLO SVMMO EQVITATVS PRAEFECTO ET TRIVM LEGIONVM EQVESTR. ET PEDESTR DVCI RELIQVA

PATRI PATRIAE OPTVMO PRINCIPI AC DOMINO MEO MVLTO CLEMENTISSIMO

SACRVM

# SERENISSIME PRINCEPS
## AC DOMINE,
# DOMINE MVLTO CLEMEN-
## TISSIME!

Cum bonus quiſque Princeps, uel ipſo ſaniorum gentilium conſenſu, his in terris nihil aliud ſit, quam imago ſummi Numinis expreſſa: factum indidem eſſe reor, ut omnes facile gentes perſonam Principis ſui inuiolabilem & ſacroſanctam, nulloque non uenerationis genere di-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-119201541511222-333183754-10/fragment/page=0006

dignam exiſtimarent. Profecto ueteres Perſae Reges ſuos diuino fere ſunt proſecuti honore, neque ſine muneribus, quae pro ſuis quisque offerebat facultatibus, eosdem adierunt. Eundem morem & mihi in praeſenti tenendum eſſe, uerius arbitror, quam opinor. Etenim cum mea in TE, PATER PATRIAE OPTVME, pietas iure quodam ſuo repoſcat, ut TIBI Natalem TVVM XLVI. longe exoptatiſſimum religioſe gratuler: tantum omnino abſuit, ut ſine munere quopiam comparerem, ut potius hanc, quam ante annum Natali TVO XLV. coram ſolemni Panegyri habui orationem, TIBI mente manuque deuota offerrem. Leuidenſe quidem, fateor, hoc eſt munuſculum, ſed ob materiae dignitatem non prorſus ſpernendum, eo quod hac in oratione cum TVAS, tum MAIORVM TVORVM leges ac conſtitutiones, easque luci expoſitas publicae, quanta fieri potuit fide ac dili-

gentia, recenſui, ac fere enumeraui. Ex quibus quidem legibus & conſtitutionibus ſatis ſuperque liquet, quanti pietatis pariter ac iuſtitiae cultores & uindices SERENISSIMI MARGGRAFII BRANDENBVRGICI ſingulis oppido temporibus extiterint. Neque dubiam concipio ſpem, fore, ut hanc orationem Panegyricam, Auguſto TVO nomini dicatam, uultu in gratiam compoſito accipias, quemadmodum ante biennium conſimilis argumenti orationem pro ſingulari TVA, ad quam natus es, humanitate haud detrectaſti. Quod ſupereſt, Diuinum Numen etiam atque etiam obteſtor, & meis in ſingulos dies ſupplex fatigo precibus, ut TE, PRINCEPS ac DOMINE LONGE CLEMENTISSIME, tanquam unicum patriae ſolatium, in ſeros usque annos ſaluum nobis ſeruet atque incolumem, & omnibus bonis cumulatiſſimum. Viue feliciter cum lectiſſima TVA coniuge, SERENISSI-

SIMA SOPHIA, itemque unica Principe filia, uiue & uide, poſt tot & tanta patriae uniuerſae deſideria, filium, TVI ſimilimum, & regionum TVARVM aliquando heredem! uiue & Natalem TVVM laetus ouansque identidem celebra! ſic uota, pro ſalute & incolumitate TVA concepta, ſolemniter & iuſtis apprecationibus perſoluo, & ſubinde repeto

SERENITATI TVAE

Baruthi ipſo Natali TVO
XLVI, longe auſpicatiſſimo,
XVI, Kal, Decembr. A, R, G,
MDCCXXIII,

*DEVOTISSIMVS*

M. IO. GEORG. DIETERICVS

# ORATIO HISTORICA
## EADEMQ ALTERA
## DE
# LEGIBVS AC CONSTITVTIONIBVS BRANDENBVRGICIS IISQ IN SVPERIORI BVRGGRAFIATV NORICO PROMVLGATIS ET PER TYPOS VVLGATIS.

Si quis dies eſt, Patres Conſcripti, & Auditores O. O. S. albo notandus calculo, & uniuerſae noſtrae, qua patet, patriae auſpicatus habendus ac fortunatus, & in ſingulos ſubinde annos magna caerimoniarum religione recolendus: omni procul dubio ſextus & decimus eſt dies illius menſis, qui cum quaſi nonus eſſet a Martio, ueteri Romanorum genti Nouember appellari merebatur. (a) Etenim hic eſt ille dies, longe exoptatiſſimus, quo ante quatuor & quadraginta annos poſt tot ipſorum Parentum Sereniſſimorum uota, poſt
tot

*(a) Veteres Romani, auctore Romulo, anni primordia capiebant a Martio, qui Marti erat ſacer. Vid. Dreſſerus de feſtis diebus Chriſtianorum & Ethnicorum, p. m. 8. & p 176. conf. Voſſius in Etymolog. Lat. lingu. p. 312. A Graecis Nouember dicebatur menſis* Δῖος, i. e. *generoſus, clarus, bonus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-119201541511222-333183754-10/fragment/page=0010

tot omnium ciuium deſideria ac ſuſpiria, ad Devm, omnium rerum effectorem, repetitis fuſa uicibus, tandem aliquando hanc lucem primum aſpexit, & eadem adhuc in hunc usque diem Diuini Numinis gratia ſaluus atque incolumis perfruitur, Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dominus GEORGIVS GVILIELMVS, Marggrafius Brandenburgenſium, Boruſſorum, Magdeburgenſium, Stetinenſium, Pomeranorum, Caſſubiorum, Vandalorum, Megapolitanorum, ut & in Sileſia Croſſenſium Dux, Burggrafius Norimbergenſium, Princeps Halberſtadienſium, Mindenſium, Caminenſium, Vandalorum, Suerinenſium & Razeburgenſium, Comes Hohenzolleranus, & Suerinenſium, ditionum Roſtochienſis & Stargardienſis Dominus, Sacrae Caeſareae Maieſtatis, itemque Regis Poloniarum, nec non S. R. I. & Circuli Franconici Generalis campi Mareſchallus, ſummus equitatus Praefectus, & trium legionum equeſtrium & pedeſtrium Dux, Pater patriae optumus Maxumus, Dominus ac Nutritor noſter multo clementiſſimus. Quanta tum laetitia, quantisue gaudiis non aula ſolum, ſed & cuncta patria natiuitate deſideratiſſimi huius Principis heredis perfuſa fuerit ac delibuta, ſatis profecto dici non poteſt. Atque iſta laetitia, iſtudque gaudium cum incrementis huius iuuentutis Prin-

cipis nullo prorſus modo minuebatur, ſed potius in ſingulos dies & annos mirifice adaugebatur, propterea quod eiusmodi Princeps ludebat in aula, quem ad ſumma quaeque natum eſſe, & in altum magno conatu eniti, nulli non ſagaces facile uidebant, & optima quaeque de ipſo ſperabant. Neque id augurium, neque haec ſpes patriam noſtram unquam fefellit, ſed eandem potius proſperrimis quibusque rerum euentibus mirum in modum exhilarauit. Deus enim ter optimus terque Maximus, qui omnia ſua moderatur numine, tam bonum nobis conceſſit Principem, ut ne uotis quidem meliorem expetere queamus. In Principe noſtro admiramur pietatem, & zelum religionis uerae, cuius aſſiduus eſt cultor, confeſſorque conſtans. In Principe noſtro iuſtitiam ſuſpicimus & aequitatem, cuius ipſum obſeruantiſſimum eſſe omnes omnino nouimus. In Principe noſtro merito extollimus prudentiam & diuinum iudicium, quod in rebus gerendis nunquam non adhibere ſolet. In Principe noſtro collaudamus fortitudinem, cuius & ad Rhenum, & ad Danubium, & alibi luculentiſſima edidit documenta. In Principe noſtro & liberalitas, & magnificentia, & humanitas & clementia, & ceterae bono Principe digniſſimae uirtutes, tam amice inter ſe conſpirant, tantoque cum decoro ſunt coniunctae, ut nihil grauitati facilitate, nihil maieſtati humanitate & clementia detrahatur. Quare natalem eius, ſingulis adhuc annis

feli-

felici ſidere redeuntem, effuſis quisque gaudiis, & piis uotis ac precibus ſumus proſecuti. Cuius quidem deuotionis cum & hoc anno per ſingularem Dei benignitatem patria noſtra omnium iudicio ſit conuicta, ut Sereniſſimus noſter Princeps ac Dominus natalem ſuum, eundemque quadrageſimum quintum laetis auſpiciis agat: quid mirum, ſi & hoc tempore fauſtae ubique audiuntur acclamationes, & pro ſalute atque incolumitate tanti Principis Deo ſeruatori uota nuncupantur, & genialia, prout par eſt, munera perſoluuntur. Inter quos communes patriae plauſus, & publica pietatis argumenta tantum omnino abeſt, ut illuſtre Collegium Chriſtian-Erneſtinum conticeſcat, ut potius pro religione, indulgentiſſimo ſuo Nutritori debita, pleno ore ac pectore ſingulare hoc Dei beneficium depraedicet, & Sereniſſimo noſtro Principi de Natali ſuo auſpicatiſſimo pie congratuletur. Atque huius ipſius pietatis interpres ego, ordine ſic iubente, conſtitutus, cum natalem Sereniſſimi noſtri Principis oratione ſolemni proſequi, & uota deuota nuncupare debeam: nullum aliud dicendi argumentum delegi, quam quod de Legibus ac Conſtitutionibus Brandenburgicis alio iam tempore ſum aggreſſus, (*b*) ſed ob materiae copiam nondum ad finem

 per-

(*b*) *Vid. Orat. I. de Legibus ac Conſtitutionibus Brandenburgicis An.*

perduxi. Nimirum in praeſenti illas Leges & Conſtitutiones, quae adhuc uidentur ſupereſſe, quanta fieri poteſt breuitate, recenſebo, atque adeo integro huic argumento, ad hiſtoriam patriae ſpectanti, manum ultimam admouebo. Clariſſimus olim Scioppius credidit, Danielem Eremitam, Nobilem Belgam, eundemque ſatis facundum, in panegyrico, quem Coſmi Medices, Magni Ducis Etruriae, & Mariae Magdalenae Auſtriacae, nuptiis iam ante centum, & quod excedit, annos conſecrauit, omnem ſuam eloquentiam ac ſcientiam ita conſumſiſſe, ut, ſi repente nec ipſi opinanti nouae alicuius orationis conſcribendae neceſſitas fuiſſet impoſita, ieiunus omnino dicendique inops extitiſſet. Iure, an iniuria ita ſcripſerit, aut crediderit Scioppius, meum non eſt diiudicare. Hoc tantum ego affirmarim, me non habere, quod de dicendi penuria conquerar. Bene multae adhuc dilaudandae ſunt Leges & Conſtitutiones, cum reliquis Marggrafiis Brandenburgicis, tum eximie Sereniſſimo noſtro Principi, Domino GEORGIO GVILIELMO, datae. A uobis igitur, Patres conſcripti, ceterique Auditores O.O.S. qua par eſt pietate atque humanitate, peto contendoque, ut me de materia quadam utili, nec iniucunda, nec perſona Principis, nec ue-

ſtris

*M.DCCXX. d. 27. Iulii, ipſo illuſtris Collegii Chriſtian-Erneſtini natali LVII. mihi habita.*

ſtris auribus indigna dicturum, gratioſe ac perbeneuole auſcultare, & pia quadam tacitaque ueneratione maximas Principum noſtrorum uirtutes mecum demirari ne dedignemini. Telam orationis, quam diuini Numinis gratia ſuffultus, de Legibus ac Conſtitutionibus Brandenburgicis, iisdemque in ſuperiori Marggrafiatu Norico promulgatis, & per typos uulgatis, iam ante biennium ſum exorſus, in praeſenti pertexturus, ante omnia e priori oratione repetendum mihi eſt, eiusmodi legum ac conſtitutionum eam eſſe naturam & rationem, ut eaedem modo ſacrarum, modo ciuilium rerum curam attingant. Ac licet perſuaſum eſſet mihi, primae ſtatim orationi omnes ac ſingulas leges ac conſtitutiones ſacras ſeu Eccleſiaſticas me inſeruiſſe: tamen poſtea, cum in patriae noſtrae antiquitates paullo curatius inquirerem, aliae mihi ſunt oblatae conſtitutiones ſacrae, quas hac in oratione cuiusdam inſtar ſpicilegii adducam. Primo facile loco recenſeo conſtitutionem illam ſacram circa Alumnos Brandenburgicos (Stipendiaten-Ordnung) quam Diuus Marggrafius GEORGIVS FRIDERICVS, forte cum ipſo Gymnaſio Heilsbrunnenſi, ab ſe 1582. d. 5. April. fundato, dedit. Quam quidem conſtitutionem meis nunquam uſurpaui oculis, ſed eandem modo allegatam reperi in

 reno-

renouata iſta circa Alumnos conſtitutione, quam anno ſuperioris ſaeculi nonageſimo ſecundo Onoldi prodiiſſe conſtat. (c) Deinceps cum A. 1631. Diuus CHRISTIANVS, Princeps uere Chriſtianus, & Principum ſuae aetatis Euangelicorum Neſtor longe ſagaciſſimus, conuentum illum Lipſiae, a Principibus & ordinibus, confeſſioni Auguſtanae addictis, pro publicae pacis inſtauratione, ueraeque religionis conſeruatione indictum, uiſitaſſet: peculiari quadam admonitione, cui preces ipſae inſertae leguntur, abſentis Principis ſalus, eiusdemque pia conſilia DEO T.O.M. pro concione commendabantur. (d) Quanto

(c) *Rubrica renouatae huius conſtitutionis eſt :* **Hoch-Fürſtlich Onolzbachiſche** Stipendiaten-**Ordnung** / dergleichen weyland Herr Marggraf **Georg Friderich** ſchon gegeben / aber *renouir*et worden von denen zur Hoch-Fürſtl. Brandenburg. Onolzbachiſchen Vormundſchafft verordneten Geheimen Regierungs-Räthen / *de dato* Onolzbach *d. 21. Maii, 1692. Conf. B. Taubmanni orationem in funere diui GEORGII FRIDERICI, Vitembergae d. 14. Junii, 1603. habitam, p. 13.*

(d) *Inſcriptio ſacrae huius admonitionis haec eſt : formul* einer Vermahnung zum Gebet / in Abweſenheit des Durchleuchtigen / Hochgebohrnen Fürſten und Herrn / Herrn Chriſtian / Marggrafens zu Brandenburg / in Preuſſen / zu Stettin / Pommern / der Caſſuben und Wenden / auch in Schleſien zu Croſſen und Jägerndorff ꝛc. Hertzogs / Burggrafens zu Nürnberg / und Fürſtens zu Rügen / unſres gnädigen Fürſten und Herrn / nach denen Predigten und Früh-Gebeten / vor dem Vater Unſer zu gebrauchen. *Locus & annus impreſſionis non eſt adiectus ; ſine dubio haec admonitio imprimebatur Curiae Variſcorum per Matthaeum Pfeilſchmidium, Typographum iſtius aeui, & quidem anno, qui ſatis exploratus eſt, 1631. uid. Rentſchii* Cederhain / *p. 696 it. Layrizii hiſtoriſch*-Genealogiſcher Palmwald / *p. 353. Conf. duae conciones, in Conuentu hoc Lipſienſi habitae, a B. D. Höe in Pſ. LXXXIII. tot. & Eſ. XXXII. 8. 1631. d. 10. Febr. & eod. anno Dominica Palmarum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-119201541511222-333183754-10/fragment/page=0016

to pietatis feruore ac deſiderio hae preces eſſent fundendae, inter alia ex his, quibus iſta finitur admonitio, uerbis facile patet: Und ſolch Gebet ſind wir ſchuldig, nicht allein in der Kirchen und zu Hauß, wann man mit der Glocken ein Zeichen zum Frieden-Gebet giebt, zu verrichten, ſondern auch Abends, und Morgens, vor und nach dem Eſſen, ja mitten in der Arbeit, ſintemahl Betens hoch vonnöthen, und der Chriſtlichen Kirchen beſte und mächtigſte Waffen, ein demüthig inbrünſtig Gebet, und Buß-fertige Angſt-Threnen, jederzeit geweſen, und noch ſeyn, auch vom GOtt gewiß erhöret werden. Zu dem End ſollen wir alle erinnert, und treuhertzig vermahnet ſeyn, unſer Leben bußfertig und gottſeelig nach GOttes Wort, den heiligen zehen Geboten, allen Chriſtl. Tugenden, dann auch der Fürſtl. Policey-Ordnung, anzuſtellen, daß das Fluchen und Schweren, Freſſen und Sauffen, und übermäßige Zehrung, Entheiligung des Sabbaths, Ungehorſam und Widerſpenſtigkeit, Hader und Mord, Hurerey und Ehebruch, Vervortheilung und Betrug des Nächſten, wie auch alle andere Sünden und Aergernüß vermieden werden, und wir dargegen dem Evangelio JEſu Chriſti würdiglich nachwandeln, und zeitlichen und ewigen Seegen und Frieden erlangen und erhalten mögen, durch den Fürſten des Friedens, der unſer Schutz und Hülffe iſt, Amen. Cum An. 1648. tricennale illud, ſatisque funeſtum bellum, ſopitum quaſi & ſepultum eſſet, per pacem publicam, Osna-

nabrugae die 27. Iulii a. d. initam, & uniuerſae Germaniae reſtitutam: (*e*) de diuino hoc munere patria noſtra immane quantum laetata, auſpiciis Sereniſſimi Marggrafii, CHRISTIANI, feſtum quoddam ſolemne celebrauit, d. 2. Ian. 1649. certis adhibitis precibus Euchariſticis, iisque per typos uulgatis. (*f*) Longe ante id feſti omnes ac ſinguli uerbi diuini miniſtri a pio Principe pie admonebantur, ut inſignia huius pacis publicae beneficia pro roſtris ſacris depraedicarent, & mentes auditorum ad ſolemnem gratiarum actionem, DEO T. O. M. debitam, praepararent, uitaeque ſanctitatem etiam atque etiam commendarent, imo plane inculcarent, ne ſecuritate morumque prauitate diuinum hoc munus amitteretur. Verba pii Principis magis ſunt emphatica, & digna, quae huic inſerantur orationi, & noſtrae poſteritati innoteſcant: Wir verſehen uns zu unſrem General- und Special-Superintendenten, auch allen und jeden Pfarrern und Seelſorgern, daß ſie ihr Ambt uff der Cantzel dergeſtalt zuführen wiſſen, und hiemit von uns ermahnet werden, daß ſolche hohe Gött-

(e) *Plenaria aureae huius pacis ſubſcriptio facta eſt Norimbergae, Dom. I. p. Trinit. d. 16. Junii, 1650. Vid. B. Jo. Mich. Dilherri* Gottſeeliges Friedens-Gedächtnüß.

(f) *uid. Rentſchii* Cederhain, *p. 699. conf. M. Sam. Hainii, primi omnium in hac Principis ſede Concionatoris Aulici, concionem exequialem, in ſupremos honores diuae MARIAE, Marggrafiae Brandenburgicae, etc. p. 42. ubi feſti huius Euchariſtici mentionem fecit. Textus concionis exequialis erat Pſ. LXXIII. v. 25. 26. & inde proponebatur* Geiſtliches Fürſten-Kleinod und Seelen-Schatz.

Göttliche Gnade recht erkennet, und inſonderheit erwogen werde, daß nunmehr unſre allein ſeeligmachende, wahre Chriſtliche Religion und Glaubens-Bekänntnüß, in dem Röm. Reich ſo feſt, als jemahls geſchehen, beſtättiget, und auſſer vorigen hefftigen Anfechtungen geſetzet, die Weltliche Freyheit nicht weniger ſtabiliret; ſodann unpartheyliche iuſtitia und die heilſame Gerechtigkeit, ohne Unterſcheid der Religions-Verwandten, angeſtellet, uff einen ſchleunigen Lauff gerichtet, und daß ſo wohl der gemeine Mann, als das Pfarr-Volck, ermahnet werde, ſolchen theuren Kleinods des alle Schätze mit ſich bringenden und begreiffenden Friedens, mit Unbußfertigkeit ſich nicht unwürdig zu machen, durch Sicherheit wieder zu verſchertzen, und in noch gröſſere zeitlich- und ewige Straffen zuſtürtzen. (g) Idem ſaepius, nunquam tamen ſatis laudatus Princeps, CHRISTIANVS, cum ſingulari DEI gratia annum regiminis ſui quinquageſimum compleſſet, tanti beneficii diuini haud immemor, Anno 1653. d. 24. Aug. ipſo Bartholomaei feſto, iubilaei ſemiſaecularis ſolemnia indixit, & DEO T. O. M. uitae longaeuae diribitori, publicas gratias agi iuſſit. In cuius quidem rei perpetuam memoriam poſteris quatuor conciones iubilaeae ſacrae ſunt relictae, ab Althofero, SS. Theologiae Doctore, & ſummo in

 Burg-

(g) *Haec Principis pii uerba habentur in litteris patentibus, Baruthi, d. 17. Aug. 1648. datis, quarum infra in materia de tributis mentio fiet.*

Burggrauiatu Norico ſuperiori rerum ſacrarum antiſtite, a M. Hainio, Superintendente Baruthino, & oratore ſacro Aulico, a M. Teubelio, Superintendente Curienſi, a M. Rhauio, Eccleſiae Neoſtadienſis ad Ayſſum, & eiusd. dioeceſios Decano, habitae, ſimulque editae cum hac epigraphe: **Brandenburgiſche Regierungs-Freude**, ubi preces quoque Euchariſticae, iſto tempore adhibitae, conſpiciuntur. (*h*) Cum Anno 1660. ob pacem inter Imperatorem Romanum & Polonos, itemque inter Suecos, & Electorem Brandenburgicum initam, ſolemne quoddam feſtum in Eccleſiis noſtris eſſet habendum: auſpiciis Sereniſſimi & Potentiſſimi Electoris Brandenburgici, FRIDERICI WILHELMI, Magni, nec non GEORGII ALBERTI, Marggrafii Brandenburgici, qui ambo tutores CHRISTIANI ERNESTI M. B. tum erant, non preces ſolum Euchariſticae ſunt publicatae, uerum quaedam etiam ſanctio, ex qua id feſtum Euchariſticum in patria noſtra eſſet concelebrandum. (*i*) Deinde preces Eu-

(*h*) *Vid.* Layrizii Palm-Wald/ *p. 353. & orationem meam Panegyricam de* Iubilaeis Brandenburgicis, *tam ſacris, quam ciuilibus, habitam 1717. p. 42.*

(*i*) *Rubrica iſtius ſanctionis haec eſt:* Informatio, wie das nächſtkünfftigen ☉ *Exaudi d. 3. Junii* dieſes lauffenden 1660.ten Jahrs angeſtellte Danck- und Freuden-Feſt über den zwiſchen der Röm. Kayſerl. wie auch Königl. Majeſt. Majeſt. in Pohlen und Chur-Fürſtl. Durchl. zu

Euchariſticae prodierunt A. 1661. cum Sereniſſimus, nunc Diuus CHRISTIANVS ERNESTVS, ex Hodoeporia ſua quinquennali ſaluus atque incolumis in patriam reuerſus, auitum imperium capeſſeret. (*k*) Imo cum anno ſequenti 1662. modo laudatus CHRISTIANVS ERNESTVS M. B. Dreſdam abiret, & Electoris Saxoniae IO. GEORGII II. filiam unicam, ERDMVTHAM SOPHIAM, Principem & pietatis & eruditionis laude maxime conſpicuam, domum duceret: peculiares precum formulae, typis exſcriptae, coram coetu Eccleſiaſtico ubique in patria praelegebantur, & ad DEVM T. O. M. pro felici matrimonio fundebantur, DEoque ſimul gratiae ſolemnes agebantur. (*l*) Cum anno 1664. in imperio Roma-



Brandenburg / dann der Cron Schweden getroffenen Friedens-Schluß / in denen Fürſtl. Brandenburg. Culmbachiſchen Kirchen anzuſtellen und zu halten. *Praeſcripti in hac informatione reperiuntur, praeter cantilenas, etiam textus ſacri, pro roſtris explicandi, nim.* in der Früh-Predigt *Pſ. LXXXV. 9. 10. 11.* in der Ambts-Predigt / *1. Reg. VIII. 56. 57. 58.* in der Veſper-Predigt *Jerem. XVIII. 7. 8. 9. 10. Adiectae ſunt preces Euchariſticae cum rubrica:* Chriſtliche Buß- und Danck-Gebet ꝛc. gedruckt zu Bayreuth / bey Johann Gebhard.

(*k*) *Inſcriptio precum iſtarum eſt:* **Danck-Gebet** / als der Durchlauchtigſte Hochgebohrne Fürſt und Herr / Herr **Chriſtian Ernſt** / Marggraf zu Brandenburg von ſeiner in das fünffte Jahr *continuirten* Reiſe durch unterſchiedene frembde Lande und Königreiche / GOtt Lob! glücklich und mit höchſter Freude aller Angehörigen und Unterthanen den 29. Octobr. in deſſen *Reſidenz* zu Bayreuth angelangt / 1661. gedruckt daſelbſt / bey Johann Gebhard. *Conf.* Hoch-Fürſtl. Brandenburg. *Vlyſſes p. 211. ſeqq.*

(*l*) *Iſtiusmodi preces his gaudebant rubricis:* Formula, wie ſolche von 10. biß 19. Octobr. dieſes noch lauffenden 1662. Jahrs / nach dem gemeinen Gebet in allen Kirchen dieſes Ober-Fürſtenthums / Burggraf-

no-Germanico cum Turcis uiginti annorum induciae eſſent pactae: certae preces **Euchariſticae**, typis ſunt uulgatae. (*m*) Inprimis inter **Conſtitutiones Brandenburgicas**, easdemque ſacras, adhuc referri meretur illa, qua glorioſae memoriae Princeps, CHRISTIANVS ERNESTVS, Pater patriae, dum uiueret, optimus, Anno 1675. pie admodum ſanxit, & in mandatis dedit, ut **Catechiſmus B. Lutheri**, una cum ſelectis, iisque ſuccinctis, quaeſtionibus de poenitentia & S. coena, & in reliqua doctrinae Chriſtianae capita, denuo ederetur, idemque ab omnibus patriae noſtrae Eccleſiis & ſcholis reciperetur, & conſtanter adhiberetur. Quo factum eſt, ut ubique una eademque quaeſtionum Catecheticarum haberetur forma, quae ante iſtud tempus in ſingulis fere locis mirum in modum uariabat. Atque ut iuuentus tenella potiora ſacrae religionis capita hoc plenius edoceretur, eodem tempore,

thums Nürnberg / ſoll abgeleſen werden. *Item:* Lob- und Danck-Gebet/ daß Göttliche Allmacht den Durchläuchtigſten Fürſten und Herrn / Herrn **Chriſtian Ernſten** / Marggrafen zu Brandenburg ꝛc. nebſt Dero Hertzgeliebteſten Frauen Gemahlin / Frauen **Erdmuth Sophia** ꝛc. und Ihrem gantzen *Comitat* von Dero gehaltenen Hoch-Fürſtl. Beylager zu Dreßden / glücklich zu Bayreuth angebracht / wie ſolches ☉ den 23. Novembr. 1662. in allen Kirchen ſoll abgeleſen und gebetet werden. Bayreuth / gedruckt bey Johann Gebhard.

(*m*) *Hae preces annexae ſunt illi conſtitutioni ſacrae, quae hanc habet rubricam:* Ausſchreiben wegen *Continuation* der Buß- und Bet-Stunden ꝛc. *uid. orat. I. de legibus ac Conſtitut. Brandenb. p. 23.*

pore, modo laudati Principis auſpiciis, ſolidior illa circa ueram Chriſtianorum doctrinam inſtitutio B. D. Nicolai Hunnii, apud nos recuſa, in ſcholis tam publicis, quam priuatis paſſim tradi coepit. (*n*) Mentio hic paucis facienda eſt ordinationis illius ſacrae, quae circa ſubſellia templorum Baruthi d. 10. Iulii 1678. prodiit, (*o*) Huc quoque haud ab re referuntur ſacrae illae iuris iurandi formulae, quibus Parochi tum a Sereniſſimo noſtro Principe, tum a Nobilibus Vaſallis, tanquam Patronis, recens uocati & conſtituti, tenentur, typis publicatae ſub auſpiciis Diui CHRISTIANI ERNESTI, anno publicationis non addito. (*p*) Cum Anno 1697. FRIDERICVS AVGVSTVS, Elector Saxoniae, conſentientibus ordinum ſuffragiis Rex Poloniarum eſſet electus: de tantis ſui Generi honoribus Diuus CHRISTIANVS ERNESTVS impenſe laetatus, per publicas edixit litteras, ut diuinum hoc beneficium pro roſtris

 ſacris

(*n*) *Plura de ſalutari hoc inſtituto legi poſſunt in eleganti Catechiſmi, ubique nunc recepti, praefatione, quam dubio procul B. Caſpar a Lilien, Senatus S. praeſes, & ſummus Eccleſiarum noſtrarum Antiſtes, confecit.*

(*o*) *Exemplum eiusmodi circa templorum ſubſellia ordinationis ipſemet poſſideo, Neoſtadii ad Ayſſum typis expreſſum, per Nicol. Widemannum, typographum, cum hac rubrica:* Hoch-Fürſtl. Brandenburg. Culmbachiſche Ordnung / wegen der Kirchen-Stühle / in der Hoch-Fürſtl. *Reſidenz* zu Bayreuth / und andern Hoch-Fürſtlichen Haupt-Städten / ꝛc.

(*p*) *Rubricae hae ſunt:* Prieſter-Jurament, item *Jurament* derjenigen Prieſter / ſo von denen von Adel *uociret* und beſtellet werden.

ſacris celebraretur, & DEO T. O. M. ſolemnes gratiae perſoluerentur. (q) Neque hoc loco non commemorandae ſunt leges illae & conſtitutiones ſacrae, quae circa **fiſcos uiduales**, in dioeceſibus Baruthina, Curiana & Bonſidelienſi erectos, a **Diuo CHRISTIANO ERNESTO** per illuſtre Conſiſtorium confirmatae, lucem publicam uiderunt, annis 1701. & 1709. Tandem duae adhuc mihi ſuccurrunt conſtitutiones, ſacris fere annumerandae. Nimirum cum 1715. d. 18. Iulii imperator hodie auguſtiſſimus CAROLVS VI. ſeuero inhibuiſſet edicto, ne in imperio Romano-Germanico trium religionum ſocii ſe mutuis maledictis religionis cauſa irritarent, & laceſſerent, ſed eadem potius tum in cathedris, tum ſcriptis publicis cauerent; Caeſareum hoc edictum apud nos e ſacris roſtris eccleſiae merito praelegebatur. Deinceps cum d. 28. Febr. huius anni Ratisbonae quoddam **corporis Euangelici concluſum** prodiret, in quo ad pacem publicam, inter **nos & Reformatos** ſtabiliendam & conſeruandam ſalutariter eſt ſancitum, ut utrique religioni addicti, quantum fieri poteſt & debet, unioni ſtudeant, in rebus fidei ab omni-

(q) *In fine harum litterarum haec leguntur uerba:* Solche unſere Freude nun ſattſamlich zu erkennen zu geben/ und unſere Wůnſche und Verlangen von GOtt deſto zuverlåßiger zu erreichen/ wolle eure Chriſtliche Liebe beyſammen bleiben/ und mit heiliger Andacht ſingen das Te Deum laudamus, oder/ **HErr GOtt dich loben wir** 2c.

omnibus omnino conuitiis itemque ſcriptis maledicis ſeſe abſtineant, & controuerſias Theologicas tam in eccleſiaſticis, quam ſcholaſticis cathedris pie & non ſine decenti moderatione pertractent: concluſum hoc Ratisbonenſe Sereniſſimus noſter Princeps ac Dominus, Dominus GEORGIVS GVILIELMVS per certas litteras, ad illuſtre Conſiſtorium d. 6. Maii a. d. datas, comprobauit, comprobatumque pro roſtris ſacris populo praelegi ſerio iuſſit. (r) Atque hae ſunt illae ipſae Conſtitutiones ſacrae, quas ueluti ſpicilegium quoddam adducere debui. Plures ego adhuc indagare non potui, quamquam facile crediderim, plures alias luci publicae expoſitas eſſe, quae aut in occultis latent ſcriniis, aut temporum iniuria prorſus interierunt. Quemadmodum uero Sereniſſimi noſtri Marggrafii Brandenburgici in Eccleſiae & ſcholarum commoda uarias promulgarunt leges ac conſtitutiones ſacras, quae partim ſcriptae, ſeu calamo exaratae; partim per typos uulgatae ſunt: ita & eorundem auſpiciis ac prouida cura in ſalutem reipublicae bene multae extant conſtitutiones politicae, e quibus pro inſtituti ratione eas tantummodo attingam, quae formis exſcriptae ſunt, & quae ob ſuam amplitudinem priori ora-

(r) *Ipſae hae litterae Sereniſſimi noſtri Principis praeter omnem opinionem extra fines patriae typis ſunt uulgatae. Nos in patria merito obſeruamus* τὸ ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ, *Zach. IIX. 19.*

orationi inſeri haud potuerunt. Boni ordinis ergo hic praefari iuuat, eiusmodi conſtitutionum ciuilium hanc indolem eſſe ac diſpoſitionem, ut tractent modo res feudales, modo res foreſtales, modo res circa monetas, modo res circa fodinas metallicas, modo res circa molendina, modo res circa tributa, & reditus Principis augendos, modo res militares, modo alias res argumenti maxime diuerſi, quae certis titulis uix includi queunt. A Conſtitutionibus circa res feudales ut ordiar, memorari huius loci intereſt, ab obitu Diui CHRISTIANI, Serenisſimum ac Potentisſimum Electorem Brandenburgicum, FRIDERICVM WILHELMVM, itemque GEORG. ALBERTVM M. B. tum tutores Principis iuuentutis, CHRISTIANI ERNESTI, ſeuerum edictum de non amplius procraſtianda feudorum recognitione edidiſſe, Baruthi d. 8. Iunii 1657. Nec tacendum hoc loco eſt, auſpiciis ipſius Sereniſſimi Marggrafii CHRISTIANI ERNESTI, formulas illas, antiquitus receptas, quibus iuris iurandi religione nobiles, ciues & ruſtici in feudorum conceſſione, itemque in homagiis obſtringi ſolent, & nonnullas alias conſuetudines ac leges feudales, quae ex ALBERTI, Marggrafii & Electoris Brandenburgici, nec non ex FRI-

DE-

DERICI & SIGISMVNDI, Marggrafiorum pariter Brandenburgicorum, diſpoſitionibus & ordinationibus feudalibus ſunt petitae, typis publicis eſſe diuulgatas. Annus impreſſionis expreſſus non eſt, haec tamen in fronte illarum iurisiurandi formularum legitur rubrica: **Abdruck der bey Hoch-Fürſtl. Brandenburg. Cantzley zu Bayreuth, von Alters her üblicher Ritter-Burger- und Bauern-Lehen-auch Erb-Huldigungs-Pflicht, neben etlichen alten Lehens-Gewohnheiten und Geſetzen.** In fine haec uerba Ludolphi Schraderi, ex tract. feudali, P. X. ſect. I. n. 156. coronidis quaſi inſtar ſunt adiecta: Vaſalli illuſtriſſimorum Marchionum Brandenburgenſium, praeſtantes iuramentum fidelitatis ſpecialiter & expreſſe iurant, quod in cauſis feudalibus coram nullo alio iudice, quam coram Domino feudi, uel paribus curiae litigare, & iuri ſtare uelint. (s) Poſtea idem Princeps CHRISTIANVS ERNESTVS ex occaſione alicuius ſententiae, in ſummo tribunali nobili feudali d. 6. April. 1676. latae, peculiari lege ſanxit, ut Vaſalli praedia, quae poſſident, beneficiaria per capita deſcriberent, ſeu eorum ſpecies inprimis



(s) *Origo feudorum debetur antiquis Germanis, teſtibus Tacito in libello de moribus Germ. & C. Julio Caeſare in Commentariis de bello Gallico, quos allegat Cl. D. Caſp. Zieglerus in diſſertatione feudali de iure reuocandi, quod agnatis ſolis, & iure retrahendi, quod filiis cum agnatis competit, ad textum famoſum II. F. 26. §. 5. uerſ. Titius filios maſculos etc. ſtatim in prooemio.*

in ſucceſſionis & mutationis caſibus exponerent. Quid? quod Anno 1711. d.2. Martii nouam eandemque ſeueram dedit legem ac conſtitutionem, ne quis Vaſallus nobilis nonnihil de illis bonis feudalibus, quae ad ſolos maſculos ſunt reſtricta, (Mann-Lehen-Güter) alienare, aut ſubinfeudare auſit. Deinde cum uariis ſubinde temporibus in Germania noſtra bella orirentur & turbae, a Sereniſſimis Marggrafiis, CHRISTIANO, & CHRISTIANO ERNESTO Vaſalli nobiles per litteras publicas non tam inuitati, quam excitati ſunt, ad praeſtanda, quae deberent, ſeruitia equeſtria, id quod uernacula noſtra die Ritter-Dienſt-Leiſtung uulgo appellari ſolet. Eiusmodi litterae excitatoriae d.15. Iulii 1616. d.23. Iun. 1618. d.28. Iun. 1619. d.18. Sept. 1663. d.16. Octobr. 1665. nec non menſibus Martio & Iunio 1673. d.9. Octobr. 1688. d.6. Decembr. 1702. itemque 1703. prodiere, tum ob tumultus Bohemicos, tum ob bella, quibus modo Turcae, modo Galli Germaniam noſtram repetitis uicibus infeſtarunt. Neque hoc loco tacendum eſt, Sereniſſimum noſtrum Principem ac Dominum, Dominum GEORGIVM GVILIELMVM, ſtatim a primordiis regiminis ſui per litteras patentes, Baruthi d.28. Iunii 1712. datas, tum ciuibus ſuis ſub-

ditis

ditis maturam feudorum recognitionem imperaſſe, tum poſtea 1713. d. 28. Septembr. per Litteras pariter publicas beneficiorum ſiue bonorum feudalium diſtractionem, & translationem ad alios per hereditatem (die Zerſchlagung der Güter/ item die Vererbung) non ſine uerborum pondere inhibuiſſe. A conſtitutionibus in rebus feudalibus pedem iam promoueo ad eiusmodi conſtitutiones & leges, quae circa res foreſtales occupatae, iuſſu Sereniſſimorum Marggrafiorum Brandenburgicorum ſeparatis ſubinde annis in uulgus emanarunt. Vt taceam edicta illa, quae diuus GEORGIVS, Princeps omnibus noſtris encomiis longe maior, diſtinctis temporum interuallis, circa iurisdictionem foreſtalem edidit, (*t*) tacendum omnino non eſt, quod Diuus GEORGIVS FRIDERICVS ordinationem quandam circa ſaltus & res foreſtales (eine Wald-Ordnung) in montanis concinnari iuſſerit, quae in hiſce regionibus ſatis nota eſt, imo & apud exteros typis exſcripta. Certa eadem in Frit-



(*t*) *Eiusmodi Diui GEORGII edicta de annis 1528. 1529. 1531. 1536. 1537. typis excuſa uidemus, in conſtitutione foreſtali Brandenburgico-Onoldina, quae luci publicae 1692. expoſita hoc habet rubrum:* Hoch-Fürſtl. Brandenburg. Onolzbachiſche Wald-Ordnung / Forſt- und Wald- auch Jagd- und Wildbahns-*Mandata* und Verordnungen / wie ſolche nach und nach biß hiehero zu männiglichs Wiſſenſchafft ins Land ergangen / und von Zeiten zu Zeiten *publiciret* und wiederholet worden.

Fritſchii Corpore iuris Venatorio-foreſtalis P. III. p. 344. ſqq. iisdem repetita uerbis deprehenditur. (*u*) Anno 1627. d. 25. Octobr. nec non 1650. d. 4. Martii Diuus CHRISTIANVS litteras patentes de non deiiciendis feris ſiue maioribus ſiue minoribus, item de fouendis teneris arbuſculis (Heeg-Patente) edi & publice affigi iuſſit. Eiusdem Nepos & Succeſſor, Diuus CHRISTIANVS ERNESTVS, in rebus foreſtalibus & ſilueſtribus plures una dedit leges & conſtitutiones, quas ex annorum ſerie carptim recenſebo. A. 1663. d. 15. April. prodiit mandatum circa feras & ſaltus, in urbibus & oppidis e curia, in pagis e roſtris ſacris populo praelectum, (ein Mandat wegen des Wildprets, und Waldungen.) Id quod mandatum ſatis eſt amplum, in quo ea omnia, quae tempore priorum Marggrafiorum, inprimis Diui CHRISTIANI, in rebus foreſtalibus emanarunt, renouata, declarata & confirmata ſunt. Anno 1695. d. 18. Sept. litterae patentes ſunt publicatae, in quibus interdicitur, ne quis feras aut canibus, aut tympanis fuget, (ein Patent wegen verbote-

(*u*) *Alia diui GEORGII FRIDERICI circa res foreſtales edicta de annis 1550. 1555. 1556. 1557. 1558. 1563. 1564. 1566. 1567. 1568. 1569. 1570. 1572. 1575. 1581. 1583. 1585. 1589. 1593. 1595. 1598. 1599. repetita leguntur in modo allegata conſtitutione foreſtali* Brandenburgico-Onoldina, *p. 108. — 150.*

botener Scheuchung des Wildprets mit Hunden und Trommeln. Anno 1697. d. 1. Ian. exiit mandatum de feris beſtiis, iisdemque rapacibus extirpandis, (wegen Ausrottung der Raub-Thiere.) Eodem, quem modo dixi, anno, d. 28. Iulii conſtitutio promulgata eſt in fures ferarum (wegen der Wildprets-Diebe, und Verſchleppung des Wildprets ꝛc.) Anno 1699. d. 4. Iulii litterae prodiere patentes, in quibus denuo interdictum eſt, ne ferae fugentur, neu ad easdem terrendas ſclopeta exonerentur, (daß man das Wildpret nicht ſcheuchen, und daß dabey abſonderlich keine Schreck-Schüſſe geſchehen ſollen.) Tandem 1701. d. 18. Martii de non laedendis, ſed fouendis feris nouae litterae patentes ſunt uulgatae, in quibus non tantum tempus fomenti, ſed & alia, quae huc ſpectant, determinata ſunt. Ac cum moneta, ſeu pecunia rerum gerendarum ſit neruus: uariae quoque circa eandem leges & conſtitutiones modo S. Caeſareae maieſtatis, modo Sereniſſimorum noſtrorum Marggrafiorum, modo Circuli Franconici auctoritate ſancitae ſunt, & in hiſce regionibus publicatae, ut eſſent norma in ualore cuiusque monetae rite aeſtimando. Quo plures uero de re monetaria extant leges & conſtitutiones: hoc breuior ero in iisdem recenſendis, ita tamen, ut annorum ſeries ubique obſeruetur. Nimirum eiusmodi leges diſtinctis exiere temporibus, & quidem An. 1557. d.

12. Aug. auſpicio Sereniſſimi Marggrafii, GEORGII FRIDERICI; Anno 1622. d. 3. Nou. iuſſu Sereniſſimi Marggrafii CHRISTIANI, ob uiles monetas, in Germania ultro citroque obuias; (x) Anno 1623. d. $\frac{10.\text{April.}}{31.\text{Mart.}}$ d. $\frac{28.}{18.}$ Iulii d. $\frac{15.}{5.}$ Octobr. An. 1631. d. $\frac{12.}{2.}$ Maii nomine Circuli Franconici, & reliquorum, qui cum eodem conſpirant; (y) 1650. d. 14. Sept. auſpicio Diui CHRISTIANI; 1659. d. 1. Dec. iuſſu Sereniſſimi Marggrafii GEORGII ALBERTI, qui tum tutor erat CHRISTIANI ERNESTI, M. B. adhuc minorennis; Anno 1665. d. 31. Martii, itemque 1667. d. 28. Martii auſpiciis Sereniſſimi Marggrafii CHRISTIANI ERNESTI; Anno 1668. d. $\frac{16.}{6.}$ Maii, & d. $\frac{15.}{5.}$ Nouembr. Anno 1669. d. $\frac{20.}{10.}$ Maii, it. d. $\frac{16}{6.}$ Nouembr. nomine Circulorum conſpirantium; Anno 1676. d. 15. Jun. nomine Imperatoris LEOPOLDI; Anno 1677. d. $\frac{11.}{21.}$ Junii, item Anno 1679. d. $\frac{22.}{12.}$ Decembr. nomine Circuli, una cum Schematibus eiusmodi monetarum, quae iſto tempore

x) *A. 1622. & 23. ob belli tricennalis calamitates monetae admodum uiles* (Kipper- und Wipper-Müntzen) *in Germania hinc & inde cudebantur, & illud Poetae plerisque eruditorum adhibebatur Chronoſtichi loco:* IrVs & eſt sVbIto, qVI MoDo CroesVs erat.

y) *In re monetaria, imo & in aliis rebus plerumque cum Franconico conſpirant Circuli, Bauaricus, & Sueuicus, qui ideo uocari ſolent* die drey correſpondirende Creyße.

pore ſuo excidebant ualore; Anno 1680. d. $\frac{17.}{27.}$ Julii, d. 4. Aug. & d. 6. Nouembr. receſſus & edicta, Augusti Imperatoris LEOPOLDI, itemque Circuli, nec non Sereniſſimi Marggrafii CHRISTIANI ERNESTI nutu & auctoritate in uulgus edita; Anno 1685. d. 29. Decembr. iuſſu modo laudati Principis CHRISTIANI ERNESTI, una cum ſchemate; Anno 1688. d. $\frac{14.}{24.}$ Martii, cum ſchemate nomine Circuli; eodem anno d. 18. Junii, Diui CHRISTIANI ERNESTI nomine; 1689. d. 21. Octobr. nomine LEOPOLDI Magni, Imperatoris; 1691. d. 1. Octobr. Receſſus & edictum cum ſchemate Circuli nomine; 1693. d. 21. Julii, ex ſanctione Diui CHRISTIANI ERNESTI; eodem anno d. $\frac{21.}{11.}$ Septembr. cum ſchematibus a Circuli Franconici ordinibus; 1694. d. $\frac{4.\ \text{Maii,}}{24.\ \text{April.}}$ edictum & receſſus cum ſchematibus nomine Circuli; eodem anno d. 28. Auguſt. a Diuo CHRISTIANO ERNESTO; 1695 d. $\frac{7.\ \text{April.}}{28.\ \text{Mart.}}$ receſſus & edictum nomine Circuli; 1696. d. $\frac{24.}{14.}$ Febr. & d. $\frac{1.\ \text{Junii,}}{22.\ \text{Maii,}}$ item d. 26. Junii, nec non d. 18. Julii, receſſus & edicta nomine Circuli & Sereniſſimi Marggrafii CHRISTIANI ERNESTI; Anno 1700. d. 3. Nouembr. & Anno 1705. d. 7. Decembr. receſſus cum ſchematibus nomine Circulorum conſpirantium

tium, ſeu ut minus latine loquar, Correſpondentium; (z) Anno 1708. d. 24. Nouembr. edictum nomine circuli; Anno 1709. d. 22. Febr. receſſus nomine Circuli; Anno 1710. d. 15. Jan. edictum nomine Circuli; Anno 1714. d. 28. Octobr. edictum cum ſchematibus nomine Circuli; Anno 1715. d. 14. Febr. edictum nomine Circuli; Anno 1716. d. 27. Julii, edictum nomine Imperatoris Auguſtiſſimi, CAROLI VI. Anno 1717. d. 22. Martii, edictum cum ſchematibus nomine Circuli. Hiſce & aliis in re monetaria legibus & Conſtitutionibus haud ab re ſtatim a latere poni merentur illae, quae circa fodinas metallicas exierunt, eo quod quicquid auri, argenti, aliusue metalli poſſidetur, id ex fodinis, quae paſſim habentur, effodi ſolet. Ac cum dulciſſima noſtra patria eiusmodi fodinis non careat, (aa) Sereniſſimi noſtri Principes uarias hanc in rem leges ac conſtitutiones edere haud ſunt grauati. Anno 1619. duo Germani fratres, CHRISTIANVS, &

z) *Receſſus de anno 1705. d. 7. Decembr. hanc habet rubricam:* Der dreyen im Müntz-Weſen *correſpondi*renden Hoch-Löbl. Fränckiſch-Bayeriſch- und Schwäbiſchen Creyßen zu Regenſpurg aufgerichteter Müntz-Abſchied.

aa) *Eiusmodi fodinae uarii matalli & aeris habentur Naylae, Auricoronae, Bonſideliae, Leucopoli, Lichtenbergae, & in aliis locis, quae nominantur in litteris publicis, quas* CHRISTIANVS & JOACH. ERNESTVS, *fratres, dederunt, d. 2. Nouembr. 1619. itemque in conſtitutione circa ſocietatem metallicam Sereniſſ. noſtri principis ac* Dom. Dom. GEORGII GVILIELMI, *d. 8. Junii, 1718.*

&IOACHIMVS ERNESTVS, Marggrafii Brandenburgici, quorum alter Burggrafiatum Noricum ſuperiorem, alter inferiorem tenuit & gubernauit, coniunctim edi iuſſerunt ordinationem quandam circa fodinas metallicas, (Berg-Ordnung) Curiae Variſcorum typis Matthaei Pfeilſchmidii expreſſam. Vtrique modo laudati Sereniſſimi Marggrafii ſcientes, nec ſine prouida animi deliberatione, omnibus ac ſingulis tam exteris, quam indigenis, liberam metalla fodiendi poteſtatem faciebant, idque SS. Triados nomine, ut litterae habent patentes, quae in rem metallicam Anno 1619. d. 2. Nouembr. emanarunt, e quibus illa tantum uerba, quae ſub finem leguntur, huic inſero orationi: Hierauf thun wir im Nahmen der Heiligen Dreyeinigkeit wiſſentlich und wohlbedächtig in obberührten unſerem Fürſtenthum und Landen, Krafft dieſes unſeres offenen Ausſchreibens, ein Frey-Bergwerck, allermaſſen ſich das nach Ordnung Bergwercks-Recht und guter Gewohnheit gebühret, allermänniglichen hiermit verkündigen, und zu wiſſen fügen, mit dieſem gnädigen Erbieten, die Berg-Leute, Knapſchafft ſo wohl Gewercke, Vorlegere und ihre Zugethane, und männiglich bey dieſer unſerer Freyheit, ſteiff, veſt und ſtet zu handhaben, ſchützen, und

derer ſich nach ihrem beſten Nutzen zu gebrauchen, zu vergönnen und verſtatten. (*bb*) Poſtmodum cum Sereniſſimus Marggrafius, CHRISTIANVS ERNESTVS, Diui CHRISTIANI nepos longe feliciſſimus ad clauum reipublicae in hiſce regionibus ſedere coepiſſet: pariter non ſuis tantum ciuibus, uerum etiam ipſis exteris liberam fodinas aerarias exaedificandi poteſtatem fecit. Id quod ex ipſa eiusdem declaratione & ſanctione, Anno 1662. d. 26. Febr. publicata, ſatis ſuperque patet. Quam quidem ſanctionem de libera fodinarum metallicarum exaedificatione, & quae eo ſpectant, immunitatibus, poſtea per nouum edictum 1671. ipſis Kalendis Septembr. repetiit iuxta ac confirmauit. Quid? quod Anno 1704. d. 25. Febr. litteras patentes, quae ad fodinas attinebant metallicas, adiecit. Idem Princeps communi, dum uixit, utilitati maxime conſulens, 1690. d. 25. Febr. & 25. Nouembr. nec non 1695. d. 25. Ian. certa promulgauit edicta, in iisdemque indicauit, qua lege ferrum extra patriae fines euehendum & uendendum, & quale ſignum eidem imprimendum eſſet. Eodem, quem modo dixi, anno Auri-

*bb*) *Litterae illae patentes de anno 1619. d. 2. Nouembr. ſatis ſunt amplae, & ſtudioſe admodum perſcriptae, ex quibus inter alia & hoc perſpexi, iam ante* CHRISTIANI & IOACHIMI ERNESTI *tempora nonnullas circa rem metallicam conſtitutiones iuſſu Marggrafiorum Brandenburgicorum per typos eſſe uulgatas, u. g.* GEORGII & ALBERTI, *de dato Baruthi die Mercurii poſt Ioannis Baptiſtae feſtum, 1539. item* GEORGII FRIDERICI, *de dato Onoldi d. 7. Ian. 1572.*

Auricoronae in urbe metallica, auri quandam uenam eſſe apertam, uel ipſi exteri ſcriptores teſtantur, inprimis CL. Io. Hubnerus, in quaeſtionibus Geographicis, p. m. 481. Quae tamen auri uena neque foecunda, neque diuturna erat. Hoc quoque loco praetermitti ſilentio haud debet, paullo ſupra laudatam, & Curiae Variſcorum 1619. formis expreſſam conſtitutionem circa fodinas metallicas, auſpiciis Sereniſſimi noſtri Principis ac Domini, Domini GEORGII GVILIELMI, Anno 1715. in hac metropoli per Io. Loberum, Typographum, eſſe recuſam, in qua & edicta illa Anno 1619. d. 2. Nouembr. & Anno 1662. d. 26. Febr. edita, oculis denuo ſubiiciuntur. Quam prouidus pariter fodinarum metallicarum cultor ſit Sereniſſimus noſter Princeps ac Dominus, cuius numen hodie ueneramur omnes: inter alia abunde ſatis liquet ex ſeueris illis ſanctionibus, quas Anno 1718. d. 8. Iun. nec non d. 9. Aug. & d. 16. Septembr. dedit, eo quod in iisdem non tantum fodinarum reparationem uehementer urſit, ſed & ſocietatem quandam metallicam erexit, & pro miniſtrorum, conſiliariorum, & reliquorum ciuium dignitate & facultatibus imperauit, quantum quisque pecuniae ad opus hoc feliciter aggrediendum conferre deberet. Ipſi quoque Iudaei in patria hinc inde degentes, ad hoc nouum

 opus

opus mille imperiales coniunctim tribuere tenebantur. Vt uero pia Sereniſſimi noſtri Principis mens atque conſilium in hoc negotio & nobis & noſtris poſteris eo clarius pateat: nonnulla eius uerba authentica hic allegare haud ſuperſedeo: Wir haben hierauf das gnädigſte Antrauen, und verſehen uns ungezweiffelt, es werde jedermann unſere heilſame Intention, und Landes-Väterliche Sorgfalt vor das gemeine Beſten hierunter erkennen, und ſolche nach Obliegenheit befördern helffen, da das zum Verlag angewandte Geld im Lande bleibet, vielen Nothdürfftigen Arbeit und Nahrung verſchaffet wird, alles aber darneben dahin eingerichtet iſt, daß die Berg-Geſellſchafft vor angewandte Koſten auch wiederum ergötzet werden, und der vom GOtt, dem Lande zum Beſten, in die Berge gelegte Seegen denen Inwohnern des Landes zu gute kommen möge. (*cc*) Paullo poſt quaedam prodiit deſcriptio earum fodinarum, quae in noſtris regionibus & reparandae & de nouo colendae eſſent. Quae quidem deſcriptio typis tradita eſt, anno ſupra milleſimum ſeptingenteſimum decimo nono, quo ante centum annos ipſa circa fodinas metallicas conſtitutio ſeu ordinatio lucem publicam primum uidit. Ordo nunc poſcit, ut ad illas progrediar leges & conſtitutiones, quae in rebus ad molendina pertinentibus noſtrorum Principum auctoritate promulgatae, & typis exſcriptae extant. Vt molae



*cc*) *Vid. Sanctio ipſa, data* Georgiopoli *ad Lacum, d. 8. Iun. 1718.*

lae inuentum ſunt antiquiſſimum pariter atque utilisſimum, imo maxime neceſſarium, quas praeter ceteros Pittacus, unus e ſeptem Graeciae ſapientibus, inſigni quodam carmine dilaudauit: (*dd*) ſic aequum omnino eſt, ut in republica certis eaedem legibus ac priuilegiis muniantur. Id quod in hiſce regionibus ſuo iam tempore obſeruauit FRIDERICVS M. B. qui quandam circa molendina conſtitutionem 1514. publicari iuſſit, cuius poſtea exemplum authenticum in arce Plaſſenburgica repertum, ut ab obliuione atque interitu uindicaretur, auſpiciis Sereniſſimi Marggrafii CHRISTIANI ERNESTI, Baruthi recudebatur, 1662. litteris Io. Gebhardi, Typographi. Atque haec eſt conſtitutio illa, quae in aureo conſtitutionis Politicae opere allegata, & declarata eſt Artic. XLI. p. 88. Neque ab inſtituti huius ratione alienum eſſe uidetur, eas ſimul commemorare conſtitutiones, quibus illud imperatum eſt tributum, quod pro frumento, ad molas deportato, ab omnibus & ſingulis in republica degentibus pendi debet, & uulgo der Mahl-Accis uocari ſolet. Cuiusmodi nouum tributi genus, tanquam onus commune, Diuus CHRISTIANVS ERNESTVS, cum ciues ſuos ſubditos diuturni belli Gallici oneribus fere exhauſtos uideret, in eorun-

 dem

*dd*) *Vid. Aelianus Var. Hiſt. L. VII, c. 4.* περὶ μύτης ἐπαίνε, *de laude molae, p. m. 201.*

dem leuamen introduxit primum, peculiari hanc in rem conſtitutione edita, Anno 1698. d. 18. Dec. per Io. Georg. Amelung, Aulae & curiae ſupremae typographum, formis expreſſa. Id quod tributi genus & auſpiciis Sereniſſimi noſtri Principis ac Domini, Domini GEORGII GVILIELMI, continuabatur, & eapropter conſtitutio, modo dicta, denuo publicabatur, d. 1. Sept. 1716. Baruthi recuſa per Io. Loberum, Typographum, (ee) Cum in materiam de tributis inciderim, haud ab re reliquas in praeſenti recenſebo leges & conſtitutiones, quae circa tributa, itemque circa reditus Sereniſſimorum noſtrorum Principum augendos, diuerſis temporum decurſibus per typos publicos ſunt promulgatae. Anno 1610. d. 18. Iunii Diuus CHRISTIANVS, M. B. quandam circa tributa ordina-

ee) *Inſcriptio haec eſt:* **Erneuerte** Accis-**Ordnung** des Durchläuchtigſten Fürſten und Herrn / Herrn **Chriſtian Ernſtens** / Marggrafens zu Brandenburg zu Magdeburg in Preuſſen / zu Stettin / ꝛc. Hertzogens ꝛc. ꝛc. glorwürdigſten Andenckens / welche das erſte mahl *d. 18. Dec. 1698. public*iret worden; **Erneuert** und vermehrt bey dermahliger Regierung / mit Beylagen *ſub Lit. A. B. C. & D.* des auch Durchlauchtigſten Fürſten und Herrn / Herrn **Georg Wilhelms** / Marggrafens zu Brandenburg / in Preuſſen / zu Magdeburg / Stettin / Pommern ꝛc. Hertzogens ꝛc. ꝛc. zum andern mahl *publiciret / d. 1. Sept. 1716. Haec ordinatio conſtat capitibus XIX. praeter tabellam & reliqua additamenta* (**Beylagen**) *quorum ſummam hic explanare meum non eſt, hoc tamen non taceo, in ordinationis huius prooemio cauſas noui tributi huius & introducti & retenti allatas eſſe. Ceterum generale Acciſarum tributum obtinet in* Bohemia, Saxonia & Marchia, &c. *uid. Conſtitutiones.*

dinationem, (Steuer-Ordnung) publicari iuſſit, anno modo dicto, Curiae Variſcorum per Matthaeum Pfeilſchmidium, formis exſcriptam. Quae quidem ordinatio poſt longum temporis interuallum, & quidem 1660. Baruthi per Io. Gebhardum, Typographum, eſt recuſa. Cum Anno 1648. poſt tot tantasque bellorum calamitates aurea pax uniuerſae Germaniae reſtituta, & ui tabularum pacis ingens pecuniae ſumma Suecis ab ordinibus imperii eſſet pendenda: Diuus Marggrafius CHRISTIANVS, anno modo dicto d. 17. Aug. per litteras patentes, easdemque typis expreſſas, capitationem quandam, ſeu tributum capitis, (Kopff-Steuer) hunc in finem indixit. A quo tributi genere nemo tum excipiebatur, cuiuscunque dignitatis, ordinis, ac conditionis eſſet. Anno 1679. d. 27. Octobr. CHRISTIANI nepos, Sereniſſimus Marggrafius CRISTIANVS ERNESTVS, per publicam quandam conſtitutionem eos ad certum temporis ſpatium a tributis, ceterisue oneribus immunes pronunciauit, qui praedia, hinc inde deuaſtata, ſeu loca deſerta, eaque leui pretio emenda, recolerent atque inſtaurarent. (*ff*) Procedentibus dein-

*ff*) *Plura, quam dixi, continet ipſa conſtitutio, e qua haec inprimis uerba excerpam licet:* Weiln durch des Höchſten Güte der liebe Friede aufs

deinceps temporibus **Sereniſſimi Marggrafii** CHRISTIANI ERNESTI auſpiciis uariae circa tributa emanarunt conſtitutiones. Ac quidem praeter ceteras quaedam dabatur conſtitutio de exigendis tributorum reſiduis, Anno 1694. menſe Martio per typos uulgata. Eodem anno menſibus Maio & Auguſto conſtitutio pariter & litterae publicae typis expreſſae prodierunt, in quibus iis, qui tributa a ciuibus ſubditis accipiunt, iniunctum eſt, ut non ſingulis tantum annis, ſed quouis etiam anni quadrante de tributis acceptis rationem reddant. Nec non, ſi ciues ſubditi quidam ſua ipſorum culpa in ruinas fortunarum ſuarum inciderent, certa lege & conſtitutione, Anno 1700. d. 18. Sept. publicata, **Diuus** CHRISTIANVS ERNESTVS ſanxit, ut ſtatus quoque Prouinciales in tributis anticipandis pari cum

Camera

aufs neue wiederbracht worden / und Hoffnung obhanden / daß Handel und Wandel wieder ſeinen ungehinderten Lauff gewinnen / auch jeder ſein Gewerb und Handthierung in denen Städten / Märckten / Flecken und auf dem Lande / nach ſeinem beſten Vermögen werde treiben können / als wären *Sereniſſimus* zur Beförderung des gemeinen Beſten gnädigſt *intentioni*ret / allen denen / welche eine ehrliche Handthierung oder Nahrung in Dero Land und Fürſtenthum entweder aufs neue anfangen oder beſſer fortſetzen wollen / 2c. beförderliche Hand / und Vorſchub in Hoch-Fürſtl. milden Gnaden zu leiſten / und ihnen zu ſolchem Ende die im vorjährigen langen und ſchweren Krieg abgebrandte / und biß *dato* unerhoben / auch öd liegend gebliebene Hof- und Brandt-Städte / auch Güter / 2c. gegen einen gantz leidentlichen Abtrag eigenthümlich zuzuſchlagen / und ſie darnebenſt aller *extra*- und *ordinari*-Schuldigkeiten / als Steuer / Zug / Wacht / Frohn / 2c. auf eine gewiſſe Anzahl Jahre zu befreyen / 2c. *Eiusmodi edictum de recolendis agris, qui per bellum tricennale inculti iacuerunt, iam promulgari iuſſit* Diuus Marggrafius CHRISTIANVS, *Baruthi, 1650.*

Camera Principali iure & praerogatiua prae ceteris Creditoribus gauderent. Idem quoque Princeps Anno 1710. d. 27. Octobr. publica eademque in typos redacta lege praeſcripſit, qua ratione tributorum codicilli (Steuer-Büchlein) formandi, & quomodo tributa in eosdem ſint referenda. Eodem, qui modo dictus eſt, Anno, d. 20. Octobr. nomine Sereniſſimi Marggrafii, CHRISTIANI ERNESTI, quaedam publicabatur ſanctio, huius quidem argumenti, ut nemo eorum, qui reſidua tributorum exigunt, ultra duodecim crucigeros in ſingulos dies mercedis loco extorquere auſit. Quas quidem circa tributa leges & conſtitutiones ad unam fere omnes & renouauit, & confirmauit & amplificauit Sereniſſimus noſter Princeps ac Dominus, Dominus GEORGIVS GVILIELMVS, tum litteris publicis, d. 20. Aug. 1712. datis & typographi prelo ſubiectis, tum inprimis conſtitutione illa Pragmatica, quam articulis XVIII. comprehenſam lingua uernacula Steuer-Executions-Ordnung uocari, & die 28. Dec. 1719. publicari uoluit. Ipſius quoque nomine & auctoritate per typos uulgata eſt noua quaedam, eademque ſtrictis admodum legibus & conditionibus circumſcripta cautionis formula, germ. formular derer Steuer- und Accis-Einnehmer Caution, in qua inter alia praedes uiri

ri beneficio excuſſionis & diuiſionis, itemque epiſtolae Diui Adriani & cedendarum actionum; praedes uero feminae exceptioni Senatus-Conſulti Velleiani & authenticae ſi qua mulier &c. renunciare debent. Neque publica illa Sereniſſimi noſtri Principis declaratio hic omittenda eſt, qua 1713. d. 28. Sept. ſanxit, ut ii, qui aliis ad delenda tributorum nomina pecuniam commodarunt, prae aliis creditoribus praerogatiuam in lite numaria coram iudiciis obtineant. Cum uero ob temporum difficultates respublica noſtra maiora ſubiret onera, maioresque ſubinde impenſas facere teneretur: Sereniſſimi noſtri Principes aequas augendorum ſuorum redituum deliberationes ſuſceperunt. Ad quem quidem finem obtinendum Sereniſſimus Marggrafius, CHRISTIANVS ERNESTVS, Anno 1698. illud in rempublicam introduxit tributi genus, quod Latinis frumentarium, Germanis Mahl-Acciſe uocari meretur, de quo paullo ſupra iam dictum eſt. Anno ſequenti 1699. conſilia agitabantur de generali quadam omnium ac ſingulorum bonorum aulicorum, uulgo Domaniorum, elocatione, germ. Verpachtung der Cammer-Güter. Cuius quidem rei gratia & litterae publicae d. 1. Iulii, d. a. per uniuerſas patriae regiones exierunt, ſed ſine ſucceſſu, eo quod re altius penſitata animaduerſum eſt, eiusmo-

di elocatione generali reditus Principis non augeri, ſed minui. Idem quoque Princeps, CHRISTIANVS ERNESTVS, non parum ſuos adaugeri poſſe reditus putauit, ſi ad exemplum aliorum Principum, & in ſua republica hanc daret legem & conſtitutionem, ut in actibus publicis papyrus ſeu charta ſigillata, ſiue externo quodam charactere inſignita, & a partibus certa pecunia rederuta, adhiberetur, quod Germani noſtri **die Stempelung des Papiers** appellare conſueſcunt. Quae conſtitutio die nouiſſimo Aprilis 1696. data, licet per Io. Georg. Amelung, aulae & ſupremae curiae typographum, formis eſſet expreſſa; tamen, quoad Sereniſſimus Marggrafius, CHRISTIANVS ERNESTVS, in uiuis eſſet, in uim legis receptaeque conſuetudinis non abiit. (gg) Cuius rei cauſſas equidem ignoro: id tamen inter omnes facile conſtat, Sereniſſimum noſtrum Principem ac Dominum, Dominum GEORGIVM GVILIELMVM, paullo poſt obitum Diui ſui Parentis, paternae legi & conſtitutioni circa papyrum, externo charactere ſignandam, & in actibus publicis adhibendam, uim dediſſe & uigo-



(gg) *Eodem fere tempore, nimirum 1695. 1696. & 1697. in terris Brandenburgico-Onoldinis ſeuerae eiusmodi leges promulgatae, uim tandem obtinuerunt, ut patet ex conſtitutione, iſtam in rem typis uulgata, & hanc habente rubricam:* Hoch-Fürſtl. Brandenburgiſche Verordnung / den Papier- und Pergamen-Stampff betreffend.

uigorem. Extat hanc in rem typis excuſa conſtitutio, data Baruthi ipſis Kalendis Maii, 1713. quae pariter per litteras publicas, arte typographica deſcriptas, die 12. Maii anni dicti, cum omnibus collegiis, iudiciis, praefecturis, & curiis communicata, adhuc ſancte obſeruatur, ita, ut pro diuerſitate materiarum, in republica occurrentium, diuerſi pretii plagulae ſint coëmendae, ſingulae charactere aquilae Brandenburgicae ſignatae. Atque harum plagularum ſex potiſſimum claſſes ſunt conſtitutae, quarum primae claſſis plagula ſex numis; ſecundae claſſis plagula tribus crucigeris; tertiae claſſis plagula ſex crucigeris; quartae claſſis plagula quindecim crucigeris; quintae claſſis plagula triginta crucigeris; ſextae denique claſſis plagula uno floreno uenit. Plura dabit ipſa conſtitutio, quae cum ſemel uigere coeperit, nemini, in republica uerſanti, facile ignota eſſe debet. Ad augendos quoque Principis reditus non parum facit illa pecunia, quam pro cereuiſia coquenda ciues ſoluere debent. In quod tributi genus iam Diuus CHRISTIANVS legem & conſtitutionem quandam (Umgelds-Ordnung) d. 8. Maii, 1611. promulgauit, eodem anno Curiae Variſcorum per Matthaeum Pfeilſchmidium typis exaratam, cuius poſtea Sereniſſimus Marggrafius, CHRISTIANVS ERNESTVS, in noua, quam dedit, officialium inſtructione (Neue Amts-Inſtruction)

ction) p. 4. mentionem fecit. *(hh)* Porro referri huc merentur penſiones illae, quae extra ordinem imperantur, & a miniſtris tam eccleſiae, quam reipublicae, & aliis cuiuscunque ordinis & conditionis hominibus ſoluuntur, u. g. ſic dictae penſiones familiarum, (**Familien-Steuer**) cuiusmodi tum aliis temporibus, tum 1713. d. 16. April. per litteras publicas, easque typographi opera deſcriptas, ſunt indictae. Anno 1715. menſe Martio in hac metropoli quoddam ſalis uendundi monopolium inſtituebatur, & hunc in finem litterae patentes Sereniſſimi noſtri Principis nomine typis exſcriptae, ubique in his terris publicabantur. At cum iſtud monopolium neque Principis, neque ciuium, neque ipſius uenditoris commodis ſatis inſeruiret, paullo poſt quam facilimo negotio fuit abrogatum. Neque ſilentio hic mihi praetermittenda eſt noua illa conſtitutio circa inſtaurationem quorundam laudemiorum, quae lingua noſtra uernacula antiquo nomine **eines Hand-roß-Hand-Lohns** ueniunt, & quibus reditus Principis non minus ſolent, quam iure debent augeri. Quae quidem conſtitutio, uel potius inſtauratio ſub auſpiciis Sereniſſimi noſtri Principis ac Domini, Domini GEORGII GVILIELMI, d. 30. Aug.



*(hh) De noua officialium inſtructione legi poteſt Oratio I. de Legibus ac conſtitutionibus Brandenburgicis p. 55.*

Aug. 1720. facta, copioſe ſatis declarat, in quo eiusmodi laudemium conſiſtat, & a quibus ſubditis, & quo tempore ſit praeſtandum, quantumue pecuniae ſoluendum. Tandem cum Principis reditus multum augeantur decimis, publica quadam lege 1721. praeſcriptum eſt, quomodo earum catalogus a ſingulis praefectis ſit conficiendus, ut facile patet ex ipſius legis inſcriptione, quae huius eſt exempli: **Zehend-Regiſter bey dem Hoch-Fürſtl. Brandenburg. Culmbachiſchen Caſten-oder Voigtey-oder Cloſter-Ambt** N. N. Anno 1721. (*ii*) Legibus iſtis ac conſtitutionibus, quae ad res prouinciales pertinent, & quibus Principis reditus augeri ſolent, iam adductis, boni ordinis cauſa pergo ad eas leges, quae in cauſſis militaribus a Sereniſſimis noſtris Marggrafiis ſunt latae, formisque exſcriptae. Ac primo quidem loco allegare iuuat ordinationem illam publicam, (Ordonnance) quam Diuus CHRISTIANVS ERNESTVS d. 14. April. 1700. uulgari iuſſit, omnibus ac ſingulis ſuis militibus tum primariis, tum gregariis, ſancte obſeruandam. Nec in eadem non praeſcripſit Praefectis ſuis, & reliquis facile omnibus ciuibus, quomodo erga milites ſe gerant. Idem modo laudatus Diuus CHRISTIANVS ERNE-

(*ii*) *Reliquae de decimis conſtitutiones & edicta recenſentur in Oratione I. de Legibus & Conſtitutionibus Brandenburgicis, p. 60. 61.*

NESTVS 1705. legem dedit publicam, in qua inprimis militum praefectis praefinitus eſt modus, quem in conficiendis rei militaris rationibus teneant. Anno ſequenti, nimirum 1706. ipſis Kalendis Iulii iuſſu Diui CHRISTIANI ERNESTI prodiit conſtitutio, praefectis & ſuperioribus & inferioribus praeſcripta, & eo potiſſimum obſeruanda tempore, quo milites exteri regiones noſtras peragrant, & hoſpitio ſunt excipiendi. Deinde ut malitiae illorum militum, qui fuga temeraria officii ſui partes deſerunt, obex poneretur, Diuus CHRISTIANVS ERNESTVS ſeuera admodum edicta 1700. d. 11. Aug. & 1706. d. 9. Martii promulgauit. Diuum Patrem imitatus eſt filius, Sereniſſimus noſter Princeps ac Dominus, Dominus GEORGIVS GVILIELMVS, qui pariter in milites fugitiuos, & parum ſacramenti ſui memores leges dedit longe ſeueriſſimas, Baruthi datas, d. 28. Iulii, 1714. & d. 31. Ian. 1716. & d. 25. Febr. 1718. Cum 1706. Diuo CHRISTIANO ERNESTO legionem quandam militum prouincialium (ein Land-Ausſchuß-Regiment) ſeligi conſultum eſſe uideretur: anno modo dicto d. 7. Ian. prouidus Princeps publicis declarauit litteris, id inſtituti eo minime ſpectare, ut recens ſelecti milites prouinciales militibus conductitiis intermiſcerentur, aut uenderentur, ſed ut in armis

mis tractandis exercitati, intra patriae limites retinerentur, & ad eiusdem defenſionem, ſi opus foret, adhiberentur. Etenim e plebe ruſtica milites euadunt fortiſſimi, maximeque ſtrenui, propterea quod gens illa nutritur ſub dio, & in labore ſolis patiens, umbrae negligens, balnearum neſcia, deliciarum ignara, ſimplicis animi, paruo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris, cui geſtare ferrum, foſſam ducere, onus ferre, conſuetudo de rure eſt, ſunt uerba **Catonis** de re ruſtica, & **Vegetii** de re militari. (*kk*) Hinc factum eſt, ut haec ipſa circa militis prouincialis delectum conſtitutio **Sereniſſimo noſtro Principi ac Domino, Domino GEORGIO GVILIELMO**, non tantum probaretur, uerum etiam amplificaretur, ut patet ex eiusdem noua ſanctione, d. 10. Aug. 1717. hanc in rem publicata. Idem noſter Princeps, prudentiae laude maxime conſpicuus, ad refrenandas militum cum impudicis mulieribus libidines & ſcortationes, publicis cauit legibus, ne quis, militare munus fungens, eiusmodi laſciuam mulierem, uel ex ipſo grauidam, in matrimonium ducere, neu foetui de alimentis proſpicere teneatur. Eiusmodi leges binis uicibus, nimirum d. 4. Iulii 1714. & d. 20. Iulii 1718. dictae, & formis exſcriptae, pro roſtris praelegeban-

(*kk*) *Haec Catonis & Vegetii uerba allegauit CL.* Schoenbornerus *Polit. L. VI. cap. XII. de conſcribendis militibus, p. 605. 606.*

legebantur ſacris, ut mulieres quaeque minus caſtae cum militibus rem habere deſiſterent. Neque ſilentio hic praeterire poſſum leges illas ac conſtitutiones publicas, quas Diuus CHRISTIANVS ERNESTVS in quosdam edidit exteros, qui in hiſce regionibus praeter fas & aequum militem conſcribere ſunt auſi. Praeter reliquas adduco illas, quae d. 25. Sept. 1667. & d. 6. Nou. 1671. typis excuſae prodierunt. Quibus conſtitutionibus haud ab re accenſentur litterae illae Auocatoriae Imperatoris Auguſti, LEOPOLDI, in quibus omnes Germanos a militia Gallorum & deterruit, & auocauit. Quae quidem Imperatoris litterae, Egrae d. 20. Aug. 1673. datae, coetui Eccleſiaſtico ubique apud nos praelegebantur, una cum publicis Diui CHRISTIANI ERNESTI litteris eiusdem argumenti. Quibus quidem conſtitutionibus, in uulgis editis, anſam dabat bellum illud Gallorum primum, quod in dictum annum 1673. incidebat. (ll) Poſtea cum anno 1688. Galli nouo bello Germaniam noſtram infeſtaſſent, eodem anno d. 26. Octobr. auſpiciis Diui CHRISTIA-



(ll) *Tria bella Gallica recenſentur, quorum primum in annum 1673. incidit, & durauit usque ad annum 1679. quo pax Nouiomagenſis eſt ſancita. Alterum bellum Gallicum incepit 1688. ſopitum 1697. pace Ryswicenſi. Tertium denique bellum Gallicum coepit 1701. finitum 1714. ui pacis Badenſis. Conf.* Langii Einleitung zu den Geſchichten / und dem daraus fließenden *iure publico* des Heil. Röm. Reichs teutſcher *Nation, p. m. 979. ſeqq.*

NI ERNESTI, qui Gallorum terror dici merebatur, lex quaedam uniuerſalis promulgabatur, & omnibus ac ſingulis iniungebatur ſubditis, ut ob nouas Gallorum turbas de idoneo armorum apparatu ſibi proſpicerent, excubias tam diurnas, quam nocturnas quam diligentiſſime agerent, & in emiſſarios, & quosuis fidei ſuſpectae homines ſagaciter inquirerent, neque equos extra regionem uendi permitterent. Inprimis in Gallorum emiſſarios & incendiarios, qui in Germaniam noſtram, ut hodie Cartuchiani, *(mm)* paſſim ſeſe inſinuabant, & nocturno tempore urbes incendebant, ſaepius laudati Marggrafii, Diui CHRISTIANI ERNESTI, auctoritate peculiaris lex ac conſtitutio anno 1689. ipſis Kalendis Sextilis dicebatur. (*nn*) Ad res militares hic non temere refero ſic dicta duella, eademque priuata, quae cum nihil aliud ſint, quam uindictae priuatae, & immanis ac barbarae lites dirimendi conſuetudinis argumenta, nec non diuinae irae & poenae irritamenta, a bonis qui-

(*mm*) *Cartuchiani ſic dicuntur a Ludou. Dominico* Cartouche, *Gallo, extremae malitiae homine, uaferrimo fure, & latronum multorum duce, de quo tandem ſupplicium eſt ſumtum Pariſiis, 1721. de cuius turpi uita, malefactis, & uiolenta morte integri libelli proſtant. Complures de ipſius aſſeclis aufugerunt e Gallia, & adhuc Germaniae noſtrae ſuis latrociniis & incendiis multum incommodarunt. Sic & his temporibus incendiarii Turcici Hungariae urbes infeſtarunt, certe Budam incendio fere totam deleuerunt, 1723. menſe Aprili.*

(*nn*) *In incendiarios, latrones, aliosque homines uagabundos, ſuo iam tempore Princeps aequi iuſtiue tenaciſſimus, Dom. GEORGIVS FRIDERICVS, M. B. inuectus eſt publico edicto, d. 25. Maii 1590.*

quibusque Principibus nullo non tempore ſeueris admodum legibus ſunt interdicta. (*oo*) Certe apud Turcas omnia omnino duella ſunt illicita. Multo magis eadem improbari debent iis, qui CHRISTO, ſalutis aeternae inſtauratori unico, eidemque omnium maxime manſueto, ſuum dederunt nomen. Inde factum eſſe accepimus, ut Diuus CHRISTIANVS ERNESTVS, uerae pietatis zelo, aliorumque Principum Chriſtianorum exemplis ductus, omnes eiusmodi Monomachias non tantum in generali illa circa cuſtodiam diſciplinae publicae conſtitutione damnaret, ſed & easdem ſpecialibus quibusdam legibus cohiberet. Extant hanc in rem edicta, d. 27. April. 1685. d. 30. Iunii 1686. d. 6. Martii 1699. d. 25. Sept. 1709. promulgata. Ex his ultimum edictum undecim habet articulos, e quibus tantum primum adducam licet articulum, cuius haec ſunt uerba, Principe Chriſtiano longe digniſſima: Weiln die mehreſten Diſſidia, und daraus entſtehende Duella insgemein von unordentlichen Leben / und übermäßigen Trincken / auch unanſtändigen und üppigen Converſationen mit verdächtigen Weibs-Perſonen / nicht minder von anzüglichen Diſcurſen / choquanten Reden / ſchimpfflichen und höniſchen Minen und Geberden / ingleichen



(*oo*) *De duellis multa egregie diſſerunt B. Zieglerus de Iuribus Maieſt. L. 1. c. XXXIII. de iure belli, p. m. 538. ſeqq. & H. Grotius de I. B. ac P. L. II. c. XIX. §. 5. & XXI. §. 11. L. III. c. XX. §. 43. etc. confer.* des Fürſtl. Haußes Sachſen / *Erneſtini*ſcher *Linie, Duell-Mandat, datum Iſenaci d. 7. Martii 1709. & Jenae excuſum e. a.*

gleichen von verbotenen Spielen herrühren: So wird jedermänniglich hiermit erinnert, ſich eines erbaren, Chriſt-geziemenden, wohlanſtändigen Lebens zu befleißigen, und vor angeführten Laſtern, und zu Zänckereyen und Duellis Anlaß gebenden Gelegenheiten ſich alles Fleißes zu hüten. In edictis circa res militares occupatus, non poſſum non coronidis loco paucis attingere conſtitutionem illam circa milites admodum recentem, quam fortiſſimus noſter Princeps, idemque rei militaris prudentiſſimus, DN. GEORGIVS GVILIELMVS conſcribi, & hoc ipſo, quo uiuimus, anno, menſe Maio, typis tradi iuſſit, germ. Reglement vor Sr. Hoch-Fürſtl. Durchl. ſämtl. Trouppen. Reſtat, Auditores, ut pro ordinis, quem ſupra indicaui, ratione nunc eae recenſeantur Leges & Conſtitutiones Brandenburgicae, quae diuerſi ſunt argumenti, neque ſeparatis titulis comprehendi potuerunt. In quibus quidem recenſendis, quoad eius fieri poteſt, annorum ſeriem ſequar, ita tamen, ut materias, quae commode coniungi queunt, non diuellam, ſed connectam. Anno Domini 1567. d. 12. Iulii ſub GEORGIO FRIDERICO, M. B. & poſt centum fere annos, nimirum anno 1658. d. 9. Iulii Electoralis pariter ac Principalis tutelae tempore, (*pp*) conſtitutiones publicae de lana

(*pp*) *Haec tutela nomine Dom.* FRIDERICI WILHELMI, *Electoris Brandenburgici, itemque Dom.* GEORGII ALBERTI, *M. B. geſta, poſt obitum* Diui

lana non coemenda, & extra fines regionis uendenda prodierunt. (qq) Cuiusmodi quoque conſtitutio poſt longam annorum intercapedinem auſpiciis Diui CHRISTIANI ERNESTI publicata eſt d. 30. Iulii 1705. in gratiam Pannificum, Pileonum, & aliorum, qui in lanae propolas ultro citroque querimonias iactauerant. Haud ab re hic mentio fit illius edicti, quod Diuus CHRISTIANVS ERNESTVS contra propolas eſculentorum, & reliquos annonae flagellatores repetiit, & dedit Baruthi, d. 10. Aug. 1699. (rr) Merito hic boni ordinis cauſa recenſendae ueniunt ſalutares illae conſtitutiones, quas pius Marggrafius, GEORGIVS FRIDERICVS, de uitandis abuſibus, itemque luxu in conuiuiis baptiſmalibus, nec non in ſponſalibus & nuptiis dedit. Etenim ſimplici plus uice laudatum iſtum Principem in eiusmodi abuſus & luxum publicis inuectum fuiſſe legibus, facile patet ex illa conſtitutione, quae Culmbaci d. 1. Ian. 1591. prodiit, ſub rubrica: Wiederholung voriger Mandat und Verbot wider die bey der Chriſt-



Diui CHRISTIANI *1655. incepit, & durauit usque ad annum 1661. quo* Sereniſſ. CHRISTIANVS ERNESTVS *M. B. annos regiminis adeptus, & ipſum quoque regimen auſpicatus eſt.*

(qq) *Conſimilis Conſtitutio de lana prodiit Onoldi ſub* IOACHIMO ERNESTO, *d. 3. April. 1622.*

(rr) *Plura eiusmodi edicta recenſita ſunt Orat. I. p. 45. 46. 56. 57. ubi omiſſum eſt illud, quod* GEORG. FRIDERICVS *contra propolas Culmbaci d. 1. Iulii 1565 & quae* CHRISTIANVS *contra eosdem promulgauit Baruthi 1610. & 1616. d. 14. Sept.*

lichen Kinder-Tauff, ſowohl der Ehe-Perſonen Heyrathen, und Hochzeithaltung eingeführte Unordnungen und Mißbräuche. Hanc ipſam conſtitutionem, quae quindecim habet articulos, perlegi, in qua inter alia Princeps pius ſerio iniunxit, ut in conuiuiis, quae poſt baptiſmum infantum inſtitui ſolent, non niſi duo aut tria apponantur fercula, nimiaeque donationes omittantur. Ceteri tum praeceptorum, tum prohibitorum articuli in ipſis conſtitutionibus politicis & antiquioribus & recentioribus, ultro citroque repetiti occurrunt. (*ss*) Rara quoque eſt conſtitutio circa iaculatores, ſeu eos, qui arcus tractant, a DIUO CHRISTIANO data & publicata Baruthi, Dom. Iubilate 1629. cuius hic eſt introitus: Von GOttes Gnade, Unſre **Chriſtian**, Marggrafens zu Brandenburg, in Preuſſen, erneuerte und verbeſſerte Ordnung der Stahl- und Armbruſt-Schützen allhier zu Bayreuth, wie ſich dieſelben bey Vermeidung eines jeden Articuls ſonderbahrer beyverleibter Straffe hinführo

(ss.) *Hic annotamus, etiam Onoldi eiusmodi ordinationes & edicta de uitando luxu in ſponſalibus & nuptiis, itemque in encaeniis prodiiſſe, & quidem ſub* IOACHIMO ERNESTO *d. 27. Maii 1623. & ſub* IOHANNE FRIDERICO *1680. menſe Octobri. Inprimis hic recenſeri meretur laudati* IOACHIMI ERNESTI *conſtitutio circa conuiuia*, Gaſt- und Wirths-Ordnung / *edita Onoldi d. 2. Ian. 1623. Has & plures alias antiquiſſimas conſtitutiones mecum perbenigne communicauit* Vir illuſtris atque excellentiſſimus, Dom. GEORG. PETRVS STELZERVS, *ICtus conſummatiſſimus, Sereniſſ. noſtri Principis a conſiliis ſanctioribus & aulicis, rerumque feudalium Director longe meritiſſimus etc quem DEVS T. O. M. tanquam inſigne & patriae & totius reipublicae litterariae ornamentum ſaluum ac fortunatum quam diutiſſime ſeruet!*

führo bezeigen und verhalten ſollen. Cum intra tricennale bellum latrones, ferarumque deiectores, aliique peſſimi commatis homines undique in patria uagarentur, & uiatores aliosque ſpoliarent, imo trucidarent: in eiusmodi carcinomata, & inutilia terrae pondera uaria uariis temporibus exierunt edicta, e quibus tantum illa huic inſeram orationi, quae priori erant omiſſa. (*tt*) Sic circuli Franconici Principes & ordines ſeuerum in latrones & homines hinc inde palantes edictum publicarunt, datum Bambergae in conuentu circulari, d. 18. Sept. 1645. Anno eodem idem ſigillatim edixit Diuus Marggrafius CHRISTIANVS, Princeps de pace non minus profana, quam religioſa conſeruanda maxime ſolicitus. In eiusmodi edictis peſſimi hi homines germ. uocantur Mauß-Buben, Straſſen-Räuber, Land-preſſer, Zwinger, Wilpret-Schützen, etc. Anno ſequenti, nimirum 1646. d. $\frac{12}{2}$. Febr. Bambergae e conuentu circuli Franconici prodiit edictum in eos, qui ſuos ipſi agros, qui ob belli calamitates coli non poterant, itemque prata ignibus ſuccenſis deuſſerunt, atque hoc modo non parum ſyluis, pagis & uillis nocuerunt. Certe intra unius anni ſpatium in noſtris & finitimis regionibus aliquot mille lignorum iugera, quinquaginta circiter pagi & uillae temerariis hiſce incendiis deflagrarunt, ut ipſa edicti uerba teſtan-

(*tt*) *Vid. Orat. priorem de legibus ac conſtitutionibus Brandenburgicis habitam p. 63. ſq.*

teſtantur. Anno 1648. d. 1. Febr. Diuus CHRISTIANVS ſuis praefectis & quaeſtoribus certam praeſcripſit conſtitutionem, qua in tractandis negotiis & emendandis ſuis rationibus inpoſterum uterentur. Rubrica huius eſt exempli: Allgemeine Rechnungs-Mängel/ welche von des Durchläuchtigen/ Hochgebohrnen Fürſten und Herrn/ Herrn CHRISTIANI, Marggrafens zu Brandenburg/ in Preuſſen/ zu Stettin/ Pommern/ der Caſſuben etc. verrechneten Beambten/ Ober- und Unterhalb des Gebürgs/ führohin bey ihrer Ambthier- und Rechnungs-Fertigung in fleißige Obacht genommen/ und ſich in allen Puncten zu der Correction und Verbeſſerung darnach reguliret werden ſolle. Communi tandem pace Germaniae reſtituta, Pater patriae, dum uiueret, optimus, CHRISTIANVS, publico mandauit edicto, ut non tantum pratorum foſſae repararentur, ſed etiam flumina & aquae decurſus quique repurgarentur, quo prata graminibus, flumina piſcibus redderentur foecundiores. Cum 1652. imperii comitia Ratisbonae eſſent habenda: Diuus CHRISTIANVS publico quodam edicto d. 17. Aug. d. a. ſuis imperauit ſubditis, ut ad dicta comitia uarii generis commeatus adueherent, iuſtoque pretio uenderent. Idem, quem ſaepius, nunquam tamen ſatis laudaui, Marggrafius CHRISTIANVS conſtitutionem circa mercatus urbis Baruthinae renouauit, & ut eosdem bis in hebdo-

hebdomade, nimirum diebus Mercurii & Saturni diligenter obeant ciues, commonuit, ſimul quoque in propolas inuectus, Baruthi 1653. menſe Iunio. (uu) Diui CHRISTIANI Nepos, Diuus pariter CHRISTIANVS ERNESTVS peculiari iuſſit edicto, ut partes litigantes primam inſtantiam non temere praeterirent, neque Aduocati cauſas confunderent, itemque ut omnes receſſus litteris conſignati, nec non elenchi expenſarum tam in ciuilibus, quam criminalibus, in duplo, quod aiunt, traderentur, & appendices ſeu annexa ſcripta non ſignis, ſed numeris aut litteris notarentur. Prodiit hoc edictum Baruthi d. 10. Febr. 1675. in quo & conſimilia edicta d. 7. Iunii 1669. & d. 20. Iunii 1670. promulgata repetebantur. Cum 1700. ſtatim ſub huius ſaeculi initium faſti noui, iidemque emendati (der verbeſſerte Calender) Imperatoris LEOPOLDI Magni auctoritate, & S. R. I. ordinum conſenſu, ubique locorum in Germania noſtra eſſent introducendi, ut tandem aliquando litibus de Calendario Juliano & Gregoriano hinc inde gliſcentibus finis exoptatiſſimus imponeretur: Sereniſſimus princeps, Diuus CHRISTIANVS ERNESTVS, hanc calendarii emendati introductionem, Eccleſiae pariter ac Reipublicae perutilem, omnibus ſuis ciuibus ſubditis per litteras publicas indixit, Baruthi die 22. Nou. 1699. datas. (xx)

H Idem,

*(uu) Plura de hac materia legi poſſunt orat. priori p. 57.*

*(xx) Eodem fere tempore Onoldi Francorum, auſpiciis* Sereniſſimi Marg-

Idem, qui nunquam ſatis laudari poteſt, Diuus Marggrafius CHRISTIANVS ERNESTVS, An. 1705. d. 4. Nou. ex arce Eliſabethae, quae Chriſtian-Erlangae eſt, publice edixit, ut Aduocati, itemque Procuratores, & ceteri cauſarum Patroni, libellis ſupplicibus & integris ſcriptis, clientum nomine confectis, ſua nomina ſubſcriberent, id quod iam in aurea circa diſciplinam politicam conſtitutione Artic. VIII. imperatum eſſe legimus. Summa huius edicti deinceps 1721. d. 10. Martii ſub auſpiciis Sereniſſimi noſtri Principis ac Domini, Domini GEORGII GVILIELMI, eſt repetita, una cum quatuordecim adhuc ſummis capitibus eiusmodi edictorum, quae ob partes litigantes, inprimis ob ipſos Aduocatos & Procuratores diſtinctis iam annis publicata

Marggrafii, GEORGII FRIDERICI, *edictum de calendarii emendati introductione prodiit, ex quo haec tantum uerba excerpam licet:* Wir befehlen / daß ſolcher verbeſſerter Calender durchgehends eingeführet / und angenommen / mithin die nach dem 18. Febr. *ſt. u.* folgende 11. Tage des 1700. *ſt. n.* Jahres / darinnen ausgelaſſen / und das Matthiae Feſt auf beſagten 18. Febr. geleget / die Oſter-Feſt-Rechnung aber / und was davon *dependir*et / in Zukunfft etc. vermeidet werden möge. *Ceterum conſilia de emendatione & unitate Calendarii iam in Comitiis Ratisbonenſibus 1654. ſunt agitata, ſed fruſtra. Vid. Receſſ. d. a. Interim circa eadem fere tempora uarii Mathematici in emendandis faſtis deſudarunt, e quibus praeter reliquos hic nominandus eſt M. Iacob. Ellrodius, Paſtor Gefreeſenſis, qui rerum Mathematicarum admodum peritus, Calendarium edidit intermedium, idemque* Imperatori LEOPOLDO M. *imperiique ordinibus dedicauit, cuius ſcripti rariſſimi haec eſt rubrica: Calendarium praeter Iulianum & Gregorianum tertium, ſiue intermedium etc.* auf Gutachten vornehmer Leute *publicir*et.

cata erant. (*yy*) Nec ob materiae uicinitatem hoc tacendum eſt loco, d. 10. Dec. 1712. in ipſo iudicio aulico communem ſententiam, (gemeiner Beſcheid) promulgatam eſſe, propter naeuos illos uarios, qui adhuc in dictum iudicium uariis in cauſis irrepſerant, idque praeſertim in futuram Aduocatorum & Procuratorum obſeruationem. Eodem, qui modo dictus eſt, anno, d. 12. Decembr. dabatur edictum de non amplius abutendo buccinis & tympanis in hominum plebeiorum nuptiis & conuiuiis. In hoc ipſo edicto ſimul illius mentio fiebat, quod iam Diuus Marggrafius, CHRISTIANVS ERNESTVS, hanc in rem prodire iuſſerat, Baruthi d. 4. Ian. 1699. Huius & loci memorari intereſt, Anno 1720. d. 10. April. omnes omnino rerum criminalium iudices publico edicto ſeuere eſſe admonitos, ut quaeſtiones de captiuis delinquentibus & maleficis habendas, diligentiſſime tractarent, nec de die in diem cum aerarii publici damno differrent, ſed easdem potius, quoad eius poſſet fieri, maturarent. (*zz*) Extant etiam ſub auſpiciis Sereniſſimi noſtri Principis, GEORGII GVILIELMI, formulae iurisiurandi & fidei, iudicibus & praetoribus praeſcriptae,



(*yy*) *Rubrica talis eſt: ſummaria* einiger von hieſig-Hoch-Fürſtl. Regierung hiebevor erlaßenen Verordnungen.

(*zz*) *Eiusmodi edictum contra prorogationem proceſſuum criminalium ſuo iam aeuo publicari iuſſit* Sereniſſimus Marggrafius CHRISTIANVS ERNESTVS, *Baruthi d. 7. Ian. 1675.*

ptae, (Richter und Voigte Eyd und Pflicht, Eyd über das Blut zu richten.) Vt ad Diuum CHRISTIANVM ERNESTVM reuertar, idem 1710. d. 27. Iulii ipſo ſuo natali LXVII. longe auſpicatiſſimo, ordinem Concordiae, ab ſe Burdegalae in Gallia ſuae Hodoeporiae tempore conditum, poſt decem elapſa luſtra, Chriſtian-Erlangae in ſic dicto concordiae templo, ſolemni & fere iubilaeo ritu inſtaurauit, & pro re nata nonnihil immutatum reddidit, retento lemmate: CONCORDANT, quin & eiusdem ordinis leges atque inſtituta typis exſcribi iuſſit, per Danielem Michael. Schmazium, Typographum Chriſtian-Erlangenſem. (*aaa*) Diuum Parentem ſecutus eſt filius, paternarum uirtutum & regionum ex aſſe heres, Sereniſſimus noſter princeps, ac Dominus, Dominus GEORGIVS GVILIELMVS, qui praeter alium, eundemque minorem ordinem, etiam maiorem, qui ordo Sinceritatis, Gall. L'ordre de la Sincerité audit, in Germanae fidei atque integritatis inſtaurationem 1705. d. 16. Nou. tanquam ipſo ſuo natali XXVIII. condidit, addito lemmate: TOVIOVRS

LE

*(aaa) De ordine Concordiae legi meretur B. Rentſchii* Ceder-Hain, *p. 729. item* Brandenburg. *Vlyſſes, p. 90. prae ceteris uero B. Io. Georg. Layrizii, tum Hiſtor. PP. peculiaris de hoc argumento oratio. Conf. noſtra oratio de Iubilaeis Brandenburgicis, tam ſacris, quam ciuilibus, habita, p. 45. 46.*

LE MEME, SEMPER IDEM. Cuius quidem ordinis leges proſtant, in noua urbe S. Georgii ad lacum anno & die dicto datae, formis uero exſcriptae, Baruthi per Io. Loberum, aulae & curiae ſupremae typographum. (*bbb*) Anno 1713. d. 20. Iunii iuſſu Sereniſſimi Marggrafii GEORGII GVILIELMI edictum publicabatur in circuitores & negotiatores extraneos, (uulgo Italiener/ Tabulaet-Krämer/ Haußierer, Juden/ etc.) quibus extra nundinas merces ſuas in aedibus priuatis exponere & uendere non liceret, niſi ipſi in ſingulos dies certam pecuniam pro mercium ſuarum ratione praefectis tributorum ſoluerent. Cum anno modo dicto circa ueris initia Viennae Auſtriacorum dira peſtilentiae lues ſaeuiret: prouidus patriae noſtrae Pater, GEORGIVS GVILIELMVS, d. 29. Aprilis litteras prodire iuſſit publicas, in quibus hoc ſeueriſſimum dedit mandatum, ut cum omnes ſuſpectae fidei aduenae, inprimis peregrini, Iudaei, Mendici & Cingari a noſtris finibus arcendi, tum preces ad DEVM pro malo hoc auerruncando ubique pie eſſent fundendae. (*ccc*) Deinceps cum Anno 1720. Maſſilia & nonnullae aliae Gallo-



*(bbb) Conf. oratio, quam de Symboli* DN. GEORGII GVILIELMI, *Patris patriae indulgentiſſimi 1714. d. 16. Nou. natali ipſius XXXVII. longe exoptatiſſimo in illuſtri Collegio* CHRISTIAN-ERNESTINO *coram ſolemni panegyri habui.*

*(ccc) Eiusmodi ſeuerum edictum & prodiit Norimbergae in communi conuentu Circuli Franconici, d. 22. Aug. 1713.*

Gallorum urbes grauiſſima corriperentur peſte, & multa hominum millia enecarentur: Idem Princeps noſter optumus eadem cura & prouidentia uſus, litteras ea propter per typos uulgari, conſuetisque locis affigi iuſſit, datas Baruthi, d. 17. Sept. 1721. Imo paullo poſt, nimirum d. 20. Nou. a. d. peculiaris prodiit ordinatio Antiloimica, XI. conſtans articulis, in quibus inter alia ſerio iniunctum eſt, ut coram coetu ſanctiori ſimul preces pro auertenda peſte ad DEVM funderentur, ut dies quique Dominici haberentur ſancti, nec compotando, ludendo, litigando, aliisque profanationum generibus uiolarentur, ut domus, plateae, uiae & alia loca ab excrementis, quisquiliis & cadaueribus ſubinde purgarentur, ut pharmacopolia ſalutaribus, & ad luem repellendam idoneis medicamentis inſtruerentur, ut frumenta & alimenta neceſſaria ad annum compararentur, ut litterarum commercia ad locos ſuſpectos intermitterentur, ut in homines uagabundos, Iudaeos, mendicos, & alias perſonas & res peregrinas ſtudioſe inquireretur, &c. (*ddd*) Ordo fere poſtulat, ut paucis hic commemoretur illa conſtitutio, quae ſub auſpiciis pariter Sereniſſimi Marggrafii,

(*ddd*) *Rubrica huius ordinationis haec eſt*: **Ordnung** / wie es in des Durchlauchtigſten Fürſten und Herrn / Herrn **Georg Wilhelms**/ Marggrafens zu Brandenburg / in Preuſſen / zu Magdeburg etc. Land und Fürſtenthum Burggrafthums Nürnberg / wegen der im Königreich Franckreich an verſchiedenen Orten und Provintzien eingeriſſen- und annoch anhaltend / auch ſich je länger je mehr ausbreitenden anſteckenden Seuche / biß auf weiteren gnädigſten Befehl gehalten werden ſolle.

ſii, Domini GEORGII GVILIELMI, die 22. Decembr. 1719. eſt data, ob exactionem earum pecuniarum, quae tum Principi e papyro ſignata (Stempel-Papier) & ex redemtione ſertorum ſtramineorum (Stroh-Cränze) tum ipſis Conſiliariis, & reliquis Cancellariae miniſtris pro labore & ſtudio, in rebus iudicialibus adhibito, iure meritoque debentur. Quae quidem conſtitutio ad omnes omnino officiales, tam ſuperiores, quam inferiores, eſt miſſa, hac addita lege, ut partes litigantes, aut delinquentes, ſi nimirum ſint ſoluendo, adhuc ante publicationem mandatorum, ad pecunias eiusmodi numerandas adigantur. Conſtitutio quoque publica de caminis frequenter repurgandis extat. Vt enim incendia hoc tutius praecauerentur: prudentiſſimus noſter Princeps ac Dominus, GEORGIVS GVILIELMVS publicis iniunxit litteris, ut in urbibus quater in anno, in oppidis uero & pagis ter camini cuiusque domus repurgandi eſſent, priuilegio ſimul conceſſo duobus certis hominibus, nimirum Ioh. Martino a Witt, & Philippo Schiedbergero, quorum alter in ſuperiori, alter in inferiori Marchionatu fumaria repurgandi ius haberet & poteſtatem, ita tamen, ut pro cuiusque camini repurgatione plus quatuor, aut ſex crucigeris non acciperent. Haec & alia explica-

tius exhibet ipſa circa hanc rem conſtitutio, data Baruthi, d. 3. Maii 1720. Quando Sereniſſimi noſtri Principis GEORGII GVILIELMI conſtitutio circa mendicos ſit publicata, & quid eadem ſibi uelit, copioſe iam mihi oſtenſum eſt oratione prima, de Legibus ac Conſtitutionibus Brandenburgicis dicta, quae & ante annum publicam lucem uidit. In praeſenti mentio tantum mihi facienda eſt noui illius circa mendicos edicti, eiusdemque inuectiui, in quo non tantum cauſae recenſentur, & naeui, quibus omnimoda adhuc ſalutaris circa mendicos conſtitutionis obſeruatio eſt impedita, uerum etiam uaria imperantur remedia, quibus eiusmodi naeuis obuiam eatur, aeraria pauperum augeantur, & effrenata tum exterorum, tum indigenarum mendicorum libido coerceatur. In primis uero mandatur, ut in ſingulis dioeceſibus certi equites ex communi aerario conducantur, qui ultro citroque excurrendo, exteros quosque mendicos, itemque Cingaros, & alios ſuſpectae fidei homines obſeruent, & a finibus noſtris arceant. Id quod quidem edictum ſalutare, & iugi obſeruatione digniſſimum, datum eſt Baruthi d. 3. Maii 1721. cui paullo poſt acceſſit additamentum quoddam, in quo extremae paupertatis hominibus, iisdemque improbis & otioſis coniugia interdicuntur, ſi uel concubitum illicitum cum ſuis ſponſalibus coniunxerint. Nam dum eiusmodi homines laborandi

ſtudium

ſtudium refugiunt, & non ſine reipublicae detrimento, aliorum liberalitate & beneficentia ſe ſuosque facile ali poſſe putant: ipſorum coniugiis, liberorumque procreatione non poteſt non mendicorum numerus augeri. Verba legis authentica ſunt magis ſignificantia, adeoque huic orationi inſerenda: Fügen hiermit jedermänniglich zu wiſſen, daß nachdeme die bißherige Erfahrung gezeiget, was maſſen gottloſe und freche Dirnen unter der Hoffnung doch endlich einen Mann zu überkommen / ſich alle Angelegenheit geben junge Purſche zu verführen, und zu ihrem ſündlichen Willen anzureitzen, ſie mögen gleich Mittel oder Vermögen mit einander zu ernähren haben oder nicht, wordurch beyde, wann ihnen ohne Unterſcheid ſich prieſterlich copuliren zu laſſen verwilliget iſt, gleich zu Anfang ihrer Ehe ins Verderben geſetzet, und durch Anwachſung ihrer Kinder dem Publico zum gröſten Nachtheil das Bettel-Volck vermehret wird, Wir nöthig zu ſeyn befunden, zu dem jüngſt dergleichen und mehr andern Gebrechen halben publicirten Edict d. 3. Maii h. a. folgendes additamentum zu machen: daß nemlich forthin niemand mehr, und da auch gleich, wie ſchon erwehnet, copula carnalis vorher gegangen wäre oder nicht, die Ehe ferner zugelaſſen ſeyn ſolle, woferne ſie nicht zu dociren vermögen, daß jedes nach Abzug der Straff- und Gerichts-Koſten wenigſtens **funffzig Gulden** an Geld oder Geldes werth habe. Atque hoc additamentum publici iuris factum eſt,

d. 14. Iulii 1721. Tria nunc, ordine ſic poſtulante, Sereniſſimi noſtri Principis adducam edicta, ſingula Curiae Variſcorum d. 30. Aug. 1721. data, & hic Baruthi formis expreſſa. Ac primum quidem inuehitur in Nobiles illos Vaſallos, qui fidei ſuae obliti, cum externis Nobilibus, uel interpoſita ſacramenti religione, ſocietatem inire haud ſunt ueriti, adeoque eosdem a prauis eiusmodi inſtitutis retrahit, & dehortatur, niſi feloniae crimine damnari uelint. Alterum improbat pariter ac reiicit titulos illos, Nobilibus Vaſallis aut temere receptos, aut ipſis ab aliis inconſiderate tributos: **Reichs-Frey** ſiue **Reichs-Unmittelbar**, cum tamen eiusmodi nobiles iurisdictioni & ſuperioritati Principis territoriali eſſent ſubiecti. Hinc ſimul Exarchis & reliquis praefectis Brandenburgicis, tam ſuperioribus, quam inferioribus, imperatur, ut eiusmodi titulis, curiae ſtylo contrariis, prorſus abſtineant, nec nobiles Vaſallos, quibus cum publica tractant negotia, uicinos (**Nachbarn**) compellent, eo quod huiusmodi compellatio Principis auctoritati & iurisdictioni derogare uideatur. (*eee*) Tertio denique edicto, ſub uariarum poena-

(*eee*) *Verba authentica potiora haec ſunt:* Auch L. G. haben wir mit befrembden wahr genommen / daß die von verſchiedenen unſern im Land geſeſſenen *Vaſſall*en neuerlich und wieder das Herkommen *affectir*te unbefugte *Titulatur*: **Reichs-Frey** / oder **Reichs-unmittelbar** nicht allein unter ihnen ſelbſt in Gewohnheit zukommen / ſondern auch ſo gar bey unſern Aembtern ſelbſt einzuſchleichen ſcheinen wolte / es auch ſo weit gediehen

poenarum comminatione, omnibus & ſingulis, qui in his ditionibus degunt, Aduocatis & cauſſidicis, itemque ſcribis interdicitur, nequis parti cuidam, male animatae, ea conſilia ſuppeditare auſit, aut ſuppeditata litteris mandare & deſcribere, quibus Principis auctoritas laeditur, & ſuperioritas eiusdem territorialis quocunque modo in dubium uocatur. Iis tamen cauſarum patronis, qui ſalua & excepta Principis ſuperioritate, aliis modeſte, & legibus ac Conſtitutionibus Brandenburgicis conuenienter conſulunt, & patrocinantur, in omnibus actionibus, tam perſonalibus quam realibus, & quibuscunque aliis libera admodum nec cancellis circumſcripta praxis permittitur. Vnica adhuc, quantum ego quidem ſciam, ſupereſt **Sereniſſimi noſtri Principis**, conſtitutio, huic pariter orationi inſerenda. Cum enim CAROLVS VI. Imperator hodie Auguſtiſſimus d. 2. Aug. 1721. per ſanctionem quandam Pragmaticam omnibus ac ſingulis, Romano imperio ſubditis, inprimis mercatoribus tam Chriſtianis, quam Iudaeis, uſu ſic dicti commercii papyracei, quo Galli adhuc non ſine ingenti reipublicae ſuae damno in negotiando ſunt uſi, ſchedulis nonniſi pa-



gediehen/daß unſere Beambte von unſerm Adel den *terminum* eines **Nachbarn** oder **Nachbarſchafft** für bekannt annehmen mögen. Wann aber ſolches dem alt-üblichen Cantzley- und Ambts-*Stylo* nicht *conform*, und dadurch Unſerer Landes-Fürſtl. Obrigkeit ſehr zu nahe getretten wird; als habt ihr nicht allein ſelbſten von denen *Terminis*, ſo einer vermeintlich *intendir*ten Reichs-*Immedietaet flattir*en etc. zu *abſtrahir*en/etc.

An alle Landes- und Ambts-Haupt- dann Ober-Ambtmannſchafften.

pyraceis (Banco-Billets) pro pecunia datis, ſeueriſſime interdixiſſet: Sereniſſimus noſter Princeps ac Dominus, Dominus GEORGIVS GVILIELMVS, hanc Imperatoris Auguſti ſanctionem non ſolum formis exſcribi & publicari iuſſit, ſed ſimul etiam hoc adiecit praeceptum, ut, quicquid Imperator Auguſtus aut interdixiſſet, aut in mandatis dediſſet, ſancte apud nos obſeruaretur. Ipſa haec Principis conſtitutio dabatur Baruthi, d. 8. Septembr. 1721. (*fff*) Atque haec ſunt, Patres Conſcripti, & Auditores O. O. S. quae ſolemni hac, eademque altera de Legibus ac Conſtitutionibus Brandenburgicis oratione in medium proferri

(*fff*) *Cum oratio haec iam eſſet habita, anno ſequenti, nimirum 1723. menſe Maio, ſub auſpiciis* Sereniſſimi noſtri Principis ac Domini, Domini GEORGII GVILIELMI, M. B, *prodiit noua conſtitutio prouincialis, ſub rubro:* Hoch-Fürſtl. Brandenburg-Culmbachiſche Landes-Conſtitution, wie es in Sachen baares Geld-Vorlehen und deſſen Wiederzahlung / Verabhandlung der *Concurs*- und Gant-*Proceſſe*, Zerſchlagung der Gütere / Lehens-Veränderung / Leiſtung der Gewähr bey verhandelten Viehe / Einſtand- und Näher-Recht / *Succeſſions*-Fälle der Ehe-Leute / Abtheilung zwiſchen Eltern / Kindern und Geſchwiſterten / Aufrichtung derer letzten Willens-Meynung / und dann die Ambts- und Gerichts-Gebühren betreffend / hinführo zu halten ſey / *promulgiret* / und zu gebührender Wiſſenſchafft in den Druck gebracht / *MDCCXXIII.* Bayreuth gedruckt bey Joh Lobern / Hoch-Fürſtl. Brandenburg. Hof- und Cantzley / dann des Hoch-Fürſtl. *Gymnaſii* hieſelbſten Buchdrucker. *Statim in fronte nigri optimus & iuſtitiae tenaciſſimus Princeps ſalutariter edixit, ut haec ipſa conſtitutio in noſtris regionibus uim perpetuae & immutabilis legis obtineret; in fine repetita extat conſtitutio circa taxam, anno 1717. d. 18. Aug. promulgata, de qua oratio I. p. 48. legi poteſt.*

ferri digna mihi uidebantur. Vt enim ex ungue leonem: ſic ex hiſce legibus ac conſtitutionibus recenſitis quam facilimo cognoſcamus licet negotio, qualibus quantisue Principibus patria noſtra dulciſſima, a multis retro ſaeculis ad noſtra usque tempora, ſit gauiſa. Profecto hae ipſae leges ac conſtitutiones Principum noſtrorum teſtantur pietatem, quam non ipſi ſolum nauiter excoluerunt, ſed eiusdem etiam ſtudium ſuis ſubinde ciuibus magnopere commendarunt, imo plane inculcarunt. Teſtantur hae leges ac conſtitutiones Principum noſtrorum prudentiam, cuius laude maxime floruerunt, & qua ad rempublicam, tum bene adminiſtrandam, tum in flore conſeruandam, feliciter ſunt uſi. Teſtantur hae leges ac conſtitutiones Principum noſtrorum iuſtitiam & aequitatem, qua colenda tuendaque nihil prius habuerunt & antiquius, propterea quod exploratiſſimum ipſis erat, iuſtitiam quaſi dominam eſſe rerum, & fundamentum perpetuae commendationis & famae, quin & iuſtitiae fruendae cauſa Reges ac Principes eſſe conſtitutos. (ggg) Teſtantur hae leges ac Conſtitutiones paternam Principum noſtrorum curam, qua ita proſpexerunt reipublicae, ut, quod perniciei eſſet ciuibus, praecauerent & declinarent; quod ſaluti, procurarent & promouerent. Quamobrem cum reliquos noſtros Principes, qui ex fatorum ſerie nos iam reliquerunt, & laudabilis ſui imperii depoſuerunt



(ggg) *uid, Cicero off. L. II. c. XII.*

runt clauum: tum inprimis Te pie admiramur, Sereniſſime Princeps ac Domine, Domine GEORGI GVILIELME, Pater pater optume, Maxume, qui adhuc per diuini Numinis gratiam uiuis, & Tuo nos nutu atque imperio regis. Te Principem eſſe pium, prudentem, iuſtum, & ſaluti patriae apprime intentum, inter alia luculenta laudum tuarum documenta, uel ipſae Tuae, quas nobis dediſti, leges ac conſtitutiones ſaluberrimae ſatis ſuperque comprobant. Quod olim de ſe Imperator Iuſtinianus Magnus: Idem & de TE, aequiſſime Princeps, ſine ullo arrogantiae uitio gloriari potes: IVRA ET LEGES ANTEA DEPRAVATAS RESTITVI. (*hhh*) Natalem tuum XLV. eundemque auſpicatiſſimum, ut ceteris in locis: ſic & in hoc ſapientiae delubro hodie, quanta fieri debet caerimoniarum ſanctitate celebramus, & pietatis ſenſu tacti, bonorum quorumuis affluentiam, ſigillatim continentem bonae ualetudinis uſuram, & longaeuam uitam, felix ac tutum imperium, ſenatum fidelem, ciuesque probos, Tibi comprecamur. Neque enim quis noſtrum omnium rerum tam eſt ignarus, tam rudis in republica, tam nihil unquam nec de ſua, nec de communi ſalute cogitans, qui non intelligat, tua ſalute contineri ſuam? Adeoque Pater patriae optume, Te diuinae tutelae ac prouidentiae Sanctiſſimis qui-

(*hhh*) *uid. Chriſt. Matthiae Theatr. Hiſtor. in Iuſtiano Magno f. 756.*

quibusque precibus denuo commendamus, & quod olim Plinius, Bithyniae propraetor, Traiano Imperatori, id Tibi pariter eodem acclamamus iure: Vota priorum annorum nuncupata alacres laetique perſoluimus, nouaque rurſus, curante commilitonum & prouincialium pietate ſuſcipimus: optamus Domine, ut & hunc natalem, & plurimos alios quoque feliciſſimos agas, aeternaque laude florentem uirtutis tuae gloriam & incolumis, & fortis aliis ſuper alia operibus augeas. Vouemus ad unum omnes, quod olim pro Imperatoris ſui ſalute uitaeque longaeuitate Romanis receptum erat uotum: De noſtris annis Tibi Iupiter augeat annos.

Imo, quod uotorum noſtrorum non poſtremum, ſed fere primarium eſt, etiam atque uouemus, & DEVM T. O. M. noſtris precibus ac ſuſpiriis usquequaque ſolicitamus, ut filium Tibi largiatur heredem, qui noſtra ſpes ſit, alter ueluti Atlas, in quo patria olim & innitatur, & ſecure requieſcat. Sic uiue Princeps & Pater patriae indulgentiſſime, ſaluus ex omni parte atque incolumis, uiue & proſpera perpetuaque fortuna, & ſecundo uitae ſiue ullo offenſione curſu utere! Viue cum lectiſſima tua coniuge, SOPHIA, quam

quam DEVS pro infinita ſua bonitate foecundam prolis maſculae, eiusdemque uiuacis, reddat matrem, in ſolidos precamur dies! Viue cum Auguſta Poloniarum Regina, & Saxoniae Electrice CHRISTIANA EBERHARDINA, nata Marggrafia Brandenburgica! Viue cum unica Tua filia Principe, CHRISTIANA SOPHIA WILHELMINA! Viue cum ceteris propinquitate & affinitate Tibi coniunctis! Viue Tibi, Princeps optume, Viue Tuis, Viue uniuerſae patriae, quae ſuum Te Patrem & ſanctiſſimum conditorem legum colit, Viue nobis, & illuſtri huic Collegio CHRISTIAN-ERNESTINO, quod ſuum Te ſtatorem, nutritoremque munificentiſſimum, religioſe ueneratur!

DIXI

# PROGRAMMA AD ORATIONEM ALTERAM DE LEGIBVS AC CONSTITVTIONIBVS BRANDENBVRGICIS.

Concors omnium ueri nominis Politicorum eſt ſententia, eam rerum publicarum eſſe rationem, ut eaedem ſine bonis legibus neque conſtitui facile, neque conſtitutae in flore conſeruari poſſint. Etenim bonae leges nihil ſunt aliud, quam anima & ſpiritus ciuitatis, & una cum ipſius ciuitatis primordiis conſcribi coeperunt, in nullum alium finem, quam ut omnes & ſinguli, qui in republica degunt, in officio retineantur, & ſalus publica hiſce nixa praeſidiis & confirmetur & augeatur. Id quod cum bonis quibusque Principibus ſatis perſpectum eſſet atque exploratum: nihil prius iidem habebant & antiquius, quam ut bonas conderent leges, ad quas, uelut ad amuſſim, actiones ciuium & inſtituerentur & exigerentur. Nolo in praeſenti externorum Principum, quas dederunt, leges adducere, propterea quod bene multa nobis ſuppetunt exempla domeſtica, ex Auguſta gente Brandenburgica depromta. Quodſi enim in Marchiam Brandenburgicam mea proficiſcar mente: profecto non poſſum non admirari ſalutares illas leges & conſtitutiones, quae a Sereniſſimis & Potentiſſimis Electoribus Brandenburgicis, hodie ſimul Regibus Boruſſiae dictae, lucem publicam uiderunt, e quibus nonnullas colligi, & huncin cenſum referri operae pretium eſſe duco. Inprimis hic mihi non ſine multa laude recenſenda eſt conſtitutio Brandenburgica, res Eccleſiae & Conſiſtorii tractans, (Viſitation- und Conſiſtorial-Ordnung) conſtans LXXVI. diuerſi argumenti titulis, primum data

a IO. GEORGIO, M. B. Principe & Electore, omnibus noſtris encomiis longe maiori, Anno 1573. poſtea auſpiciis FRIDERICI WILHELMI Magni reuiſa, & formis expreſſa 1685. Cuſtrini per Matthaeum Mullerum, Typographum aulicum, denique quoad res matrimoniales declarata, auſpiciis FRIDERICI III. Electoris Brandenb. qui non tantum coniugia in quarto gradu lineae aequalis & inaequalis, ſed etiam in tertio gradu lineae aequalis permiſit, & ſimul edixit, prohibitionem matrimonii ob affinitatem tantum ad primum affinitatis genus eſſe extendendam, non ad ſecundum & tertium, niſi in hiſce generibus reſpectus parentum & liberorum intercedat. Peculiaris eſt haec eius conſtitutio, cum rubrica: **Chur-Brandenburg.** renouirte Conſtitution **von Verlöbnüß und Ehe-Sachen/** de dato **Cöln an der Spree/** d. 15. Dec. 1694. Nec inſignem laudem non meretur Conſtitutio iudicii Cameralis, quod Coloniae ad Spream eſt, (**Cammer-Gerichts-Ordnung**) quae a FRIDERICO WILHELMO Magno ſancita, & a FRIDERICO, Pruſſiae rege, aucta, multum ubique ualet in terris Brandenburgicis, eoquod iudicium Camerale unum e ſupremis eſt. In Marchia quoque Brandenburgica admodum nota eſt illa conſtitutio circa rem agrariam & paſtoritiam, itemque famulitia, (**Pauer-Geſinde-Hirten- und Schäfer-Ordnung**) iuſſu FRIDERICI WILHELMI M. reuiſa, & Cuſtrini excuſa 1685. per Matthaeum Mullerum, Typogr. cui ipſi conſtitutioni paullo poſt acceſſit appendix & declaratio, pariter Cuſtrini typis expreſſa 1687. per dictum Matth. Mullerum. Nunc paucas recenſebo leges ac conſtitutiones, quas FRIDERICVS III. Elect. Brandenburg. & I. Rex Boruſſiae, cognomine Sapiens & Stator, aut renouauit, aut emendauit, aut de nouo ſanxit. Sic praeter reliquas ipſi debetur renouata circa Piſcatores ordinatio (germ. **Erneuerte Fiſcher-Ordnung**) promulgata Coloniae ad Spream d. 3. Martii 1690. Renouata dicitur, quia eandem iam IO. GEORGIVS El. Br. 1574. prima uice publicauerat. Sic idem Rex & Elector, FRIDERICVS, uaria eademque ſeuera edidit edicta contra audaces illos & importunos



homun-

homunciones, qui in libellis ſuis ſupplicibus Regis miniſtros & iudicia maledictis temere inſectari haud uerentur. Cuiusmodi edicta prodierunt annis 1697. 1699 1703 1704. & 1710 d. 17. Martii. Idem Rex & Elector, ſempiterna dignus memoria, renouatam iuſſit edi circa opiliones conſtitutionem, (erneuerte Schäfer-Ordnung) typis deſcriptam Coloniae ad Spream 1705. per Vlricum Liebpertum, Typogr. regium. Idem Rex & Elector forum Eccleſiaſticum militare, ſeu conſiſtorium quoddam caſtrenſe inſtituit, addita peculiari ordinatione, quae Coloniae ad Spream d. 29. April. 1711. data germanice inſcribitur: Königs Friederich in Preuſſen / und Chur-Fürſtens in Brandenburg / militair Conſiſtorial-Reglement, ubi alia hanc in rem iam publicata edicta d. 7. April. 1692. d. 18. Iunii 1701. d. 18. Mart. 1705. d. 17. Iun. 1705. allegantur & repetuntur. Extat quoque eiusdem Regis & Electoris ius Cambiale (Wechſel-Recht) datum Coloniae ad Spream d. 19. Dec. 1701. Cuſtrini uero impreſſum 1702. cui ſimul annexa & recuſa leguntur illa edicta, quae iam 1693. d. 18. Dec. & 1695. d. 20. Febr. cambii cauſa prodiere. Tandem & hic Rex & Elector emendari iuſſit conſtitutionem circa ſic dictos equites praetorianos ſ. prouinciales, germ. verbeſſerte Land-Reuter-Ordnung der Chur-Marck-Brandenburg / de dato Cöln an der Spree d. 4. Martii 1709. Eiusdem filius & ſucceſſor, FRIDERICVS WILHELMVS, Potentisſimus hodie Boruſſorum Rex, & Elector Brandenb. ex quo ad clauum regni coepit ſedere, quamplurimas, easdemque maxime ſalutares conſtitutiones ac leges iam tulit, & ut ualeant, effecit, e quibus huius Regis & pietas, & iuſtitia & rerum gerendarum prudentia ſatis ſuperque elucet. Sic bono & iuſto Principe digniſſimas edidit conſtitutiones, quae ad emendationem rerum iudicialium & ad promouendam iuſtitiam pertinent, cuiusmodi exiere Berolini cum hiſce rubricis Germanicis: Königl. Preußiſch- und Chur-Fürſtl. Brandenb allgemeine Ordnung / die Verbeſſerung des Juſtiz-Weſens betreffend d. 21. Jun. 1713. Item weitere Declaration zur Ver-

beſſerung des Juſtiz-Weſens d. 1. Octobr. 1713. Item puncta, wornach ſich unſere von Gottes Gnaden Friederich Wilhelms / König in Preuſſen / Marggrafen zu Brandenburg ꝛc. in unſrem Königreich und Landen befindliche Regierung und Juſtiz-Collegia wegen deſſen / ſo zur Verbeſſerung des Juſtiz-Weſens ihnen allergehorſamſt zu berichten oblieget / gehorſamſt zu achten haben / d. 28 Nouembr. 1714. Deinde laudatiſſimus hicce Rex & Elector edictum publicauit contra debitores fallentes (wider die Banqueroutirer) datum Berolini, d. 14. Iun. 1715. Cuſtrini excuſum eodem anno. Sub ipſius quoque auſpiciis prodiit conſtitutio quaedam circa cenſuram & poenitentiam Eccleſiaſticam, germ. Königl. Preußiſche Verordnung und Reglement, wie es mit der öffentlichen Kirchen-Buße / und Wiederannehmung derer jenigen / ſo durch ihre Ruchloſigkeit und andere grobe Sünden öffentlich Aergernuß gegeben / bey denen proteſtirenden Gemeinden ſowohl Evangeliſch-Reformirten / als Evangeliſch-Lutheriſchen im Königreich Preuſſen / und allen übrigen Königl. Preußiſchen Prouinzien und Landen ins künfftige gehalten werden ſolle / Berlin / 1716. Sic 1721. menſe Decembri renouabantur edicta de non exportanda lana e Marchia Brandenb. & aliis circulis, it. contra Dardanarios de annona non flagellanda. Imo hoc, quo per DEI gratiam uiuimus, anno, plura uno per typos uulgari coeperunt edicta regia, u. g. edictum contra Oenopolas & cereuiſiarios, ne uinum & cereuiſiam, quae uenalis habetur, adulterent, neu menſuras imminuant; edicta de non aduehendis & adhibendis peregrinis pannis & lanificiis, in ſpecie goſſipio, (Catton) peregrinis uitris, & aliis peregrinis mercibus, quibus non parum pecuniae terris ſubducatur Brandenburgicis; edictum renouatum de extirpandis paſſeribus, tanquam auibus admodum noxiis; edictum de nigris ouibus a grege remouendis, & nonniſi albis retinendis & alendis; edictum, in quibus ſingulis officialibus bellicis interdicitur, nequis amplius milites in externa quadam regione & ciuitate conſcribere audeat. Hoc

quoque

quoque anno in Marchia Brandenb. e. roſtris ſacris litterae Regis patentes ſunt praelectae, in quibus omnes ac ſinguli, inprimis perſonae illuſtres ac diuites excitabantur, ut dona ſua liberaliter conferrent ad nouum quoddam Orphanotrophium Potsdami erigendum. Nec non edictum promulgatum eſt, in quo omnes ac ſinguli uerbi diuini praecones ſerio admonentur, ut inter docendum phraſibus quibusque aculeatis & uellicantibus ſeſe abſtineant, neque articulum de praedeſtinatione aeterna plebi proponant operoſe, ſed potius pietatis & ſanctae uitae ſtudium ſedulo commendent, & ſtimulum in auditorum animis relinquant. Reliquas e Marchia Brandenb. leges ac conſtitutiones chartae ſpatio excluſus non accerſo, * eas pro inſtituti ratione & pro re nata maximopere laudaturus conſtitutiones, quas Sereniſſimi noſtri Marggrafii & Patres patriae in Burggrafiatu Norico ſuperiori & promulgari & typis uulgari uoluerunt. Licet enim ante biennium integra quaedam de ampliſſima hac materia mihi habita ſit oratio, quae & publicam iam uidit lucem: tot tamen tantaeque adhuc Principum noſtrorum leges ſuperſunt ac conſtitutiones recenſendae, ut facile totius orationis

 ambi-

* *His pro re nata addi merentur illa edicta, quae, quantum ego quidem ſciam, hoc anno, nimirum 1723. in Pruſſia & Marchia Brandenburgica, aut repetita, aut de nouo data ſunt. Sic die 14. Iunii a. d. edicto quodam publico mandabatur, ut mulieres quaeque ſcrutariae, otioſae nec ſeruitio aliis obſtrictae,* (Höcker-Weiber und Herren-loſes Geſind) *ſingulis hebdomadibus unum lanae pondo nerent, & poſtea officinis publicis, ubi uarii generis lanificia praeparantur, pro pecunia numerata traderent, etc. Menſe Iulio d. a. edictum quoddam in incendiarios, & de incendiis cauendis, exiit. Menſe Auguſto priuilegia illa, colonis Pruſſicis ſaepenumero data; menſe uero Septembri edicta de non amplius aduehendis pannis & lanificiis peregrinis repetebantur. Die 6. Septembr. d. a. pretioſa nouorum opificum artificia,* (die koſtbaren Meiſter-Stücke) *ceterique abuſus & ſumtus, quos noui quique opifices praeter fas & aequum facere debebant, edicto Regis publico ſunt abrogati. Et quae reliquae ſunt Pruſſiae & Marchiae Brandenburgicae leges ac conſtitutiones, omnibus noſtris laudibus longe maiores.*

ambitum abſoluant. Cuius quidem orationis perficiendae commodisſima mihi enaſcebatur occaſio tempore hoc ſacro & geniali, quo Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini GEORGII GVILIELMI, Marggrafii Brandenburgici, &c. Patris patriae optumi, Domini ac Nutritoris noſtri multo clementiſſimi Natalis XLV. longe exoptatisſimus in illuſtri Collegio CHRISTIAN-ERNESTINO eſt concelebrandus & hoc maiori oppido pietate proſequendus, quo plures ueneramur leges ac conſtitutiones, quas optumus noſter & plane incomparabilis Princeps patriae adhuc & dedit & praeſcripſit. Atque adeo cum haec omnia ad liquidum ſatis ſint perducta: nihil iam reliqui uidetur eſſe, quam ut omnium ordinum Patres ac Proceres, ceterosque huius metropoleos eruditos & hiſtoriae patriae exiſtimatores, qua par eſt pietate atque humanitate rogitem, ut orationi huic Panegyricae de legibus ac conſtitutionibus Brandenburgicis, ad d. IIX. Kal. Dec. B. C. D. habendae intereſſe, & pia mecum uota pro ſalute & incolumitate Principis noſtri indulgentiſſimi nuncupare ne dedignentur. P. P. Baruthi Domin. XXIV. p. Trinitat. A. R. G. MDCCXXIII.

S. D. G

SYL-

# SYLLABVS LEGVM AC CONSTITVTIONVM BRANDENBVRGICARVM, HAC ORATIONE CONTENTARVM.

## A.

Abdruck der von Alters her üblichen Ritter- Burger- und Bauer-Lehen/ auch Erb-Huldigungs-Pflicht/ pag. 25
Additament zur Bettel-Ordnung/ 64. 65
Allgemeine Rechnungs-Mängel/ 56
Aufſtände und Berg-Berichte/ 36
Ausſchreiben wegen der Buß- und Bet-Stunden/ 20

## B.

Berg-Ordnung/ 32. 33. 35
Brandenburgiſche Regierungs-Freude/ 18
Buß- und Danck-Gebet/ 19
Burger- und Bauern-Lehen-Pflicht/ 24

## C.

Camin-Feger-Ordnung/ 63. 64

## D.

Danck-Feſt wegen des Weſtphäliſchen Friedens/ 16. 17
Danck-Feſt wegen 50. Jährigen Regierung Herrn Marggraf Chriſtians/ 17. 18
- - Wegen des Friedens zwiſchen Pohlen/ Schweden und Brandenburg/ 18
Danck-Gebete/ 16. 18. 19. 20
Declaration, und Verſicherung vor diejenigen/ welche Gelder und Capitalia zur Abtilgung der Steuer denen Unterthanen vorleihen/ 42
Duell-Edicta, 50. 51. 52

## E.

Edicta, daß man die Lehen-Recognition nicht verzögern/ ſondern bey Zeiten vornehmen ſolle/ 24. 26. 27
Edict, daß die Vaſallen/ die zu ihren Ritterſitzen gehörige Stücke/ inſonderheit bey Succeſſions- und Veränderungs-Fällen ſpecifice anzeigen ſollen/ 25. 26
Edict, daß kein Vaſall ſich unterſtehen ſolle/ von Ritter-Manns-Lehen-Gütern etwas zu veräuſſern/ oder zu ſubinfeudiren/ 26

Edict, worinnen die Zerſchlagung der Güter / und deren Vererbung inhibiret wird/ 27
Edicta wider die Deſerteurs, 47
Edicta wider die Dirnen / ſo ſich mit denen Soldaten verunkeuſchen/ 48. 49
Edicta wegen unzuläßiger frembder Werbung/ 49
Edicta wider die Mordbrenner und und Spionen/ 50
Edicta wider die Für- und Aufkäuffer und Verführer der Wolle/ des Getraidts / Viehes / und allerley Victualien/ 52. 53. 56. 57
Edicta wider die Wildpret-Schützen und Straſſen-Räuber/ 55
Edict wider diejenigen / ſo zu Kriegs-Zeiten ihre eigene Felder und Wieſen angezündet/ 55
Edict, die Haußierer / Italiener / Jüden / und Tabulæt-Krämer betreffend/ 61
Edict wegen Feſthaltung der emanirten Bettel-Ordnung/ 64
Edict wider diejenigen Adel. Vaſallen/ welche mit auswärtigen Nobilibus in Conſociation und Verſtändnüß tretten/ 66
Edict wider die Titulatur: Reichs-Frey/ oder Reichs-unmittelbar/ 2c. 66
Edict wider die Conſulenten/ und Advocaten/welche in ihren Schrifften/denen übelgeſinnten Partheyen zum Faveur, die Landes-Fürſtl. Superioritaet temere in Zweiffel ziehen/ 67
Eyd über das Blutrichten/ 60

F.

Familien-Steuer/ 45
Formul einer Vermahnung zum Gebet zur Zeit des Leipziger Convents, 14. 15. 16. 19. 20
Formular derer Steuer- und Accis-Einnehmer Caution, 41. 42
Forſt- und Wald- auch Jagd- und Wildbahns-Mandata, und Verordnungen/ 27. 28. 29

G.

Gaſt- und Wirths-Ordnung/ 54
Gebets-Formuln/ 14. 15. 19
Gemeiner Beſcheid/ 59
Geſetze und Ordnungen bey denen Bayreuth- und Wonſiedel. Wittben-Fiſcis, 22

H.

Heeg-Patente, 28. 29

I.

Iurament der Adel. Geiſtlichen/ 21

K.

Kayſerl. Edict, daß keine unter den dreyen Religionen im Röm. Reich die andere in Zanck-Schrifften oder auf der Cantzel läſtern ſolle/ 22
Kayſerl. Patent, oder Avocatoria wider diejenigen Teutſchen / ſo der Cron Franckreich dienen/ 49
Königl. Preußiſche und Chur-Brandenbur-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-119201541511222-333183754-10/fragment/page=0082

denburgiſche Edicta und Ordnungen / 73 ſeqq.
Kopff-Steuer / 39

## L.

Land-Ausſchuß-Regiment, 47
Lehen-Pflichten / 24
Lob- und Danck-Gebet / 20

## M.

Mandat wegen des Wildprets und Waldungen / 28
Mandat wegen Ausrottung der Raub-Thiere / 29
Mandat wegen der Wildprets-Diebe / und Verſchleppung des Wildprets / 29
Mandata wider die Unordnungen und Mißbräuche bey Kind-Tauffen und Hochzeiten / 53. 54
Mandat wegen Zuführung allerhand Victualien nach Regenſpurg zum Reichs-Tag / 56
Mandata wider das Trompeten-blaſen / und Paucken-ſchlagen bey gemeinen Hochzeiten und Gelagen 59
Mahl-Accis-Ordnungen / 37. 38. 42
Mühl-Ordnung / 37
Müntz-Abſchied / 32

## N.

Neue Ambts-Inſtruction, 44. 45
Neue Landes-Conſtitution, 68

## O.

Ordnung wegen der Kirchen-Stühle / 21
Ordnung und Sätze des Vidual-Fiſci zum Hof / 22
Ordonnance vor die Miliz, 46
Ordnung vor die Stahl- und Armbruſt-Schützen / 54. 55

## P.

Patente wegen verbotener Scheuchung des Wildprets mit Hunden und Trommeln / und daß dabey abſonderlich keine Schreck-Schüſſe geſchehen ſollen / 28. 29
Patent wegen eines Saltz-Monopolii, 45
Patente wegen Aufrichtung eines Land-Ausſchuß-Regiments, 47. 48
Peſt-Ordnungen / 6 . 62
Pflicht der Erb-Huldigung vor die Ritterſchafft / 24
Prieſter-Iurament, 21

## R.

Reglement, wie die Compagnie-Rechnungen von denen Haupt-Leuten einzurichten / 47
Reglement wegen der Marche und Einquartierungen frembder Soldaten / 47
Reglement vor Sr. Hoch-Fürſtlichen Durchlaucht. ſämtl. Troupen / 52



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415111222-333183754-10/fragment/page=0083

Richter und Vöigte Eyd und Pflicht/ 60
Ritter-Lehen-Pflicht/ 24
Ritter-Dienſt-Leiſtungen/ 26

S.

Saltz-Monopolium, 45
Statuten und Ordnungen der Hoch-Fürſtl. Orden/ 60. 61
Steuer-Ordnungen/ 38. 39. 40
Steuer-Executions-Ordnung/ 41
Stipendiaten-Ordnung/ 13. 14
Summaria einiger von hieſiger Hoch-Fürſtl. Regierung hiebevor erlaſſenen Verordnungen/ 58. 59

V.

Verordnung wegen Einführung einerley Catechiſmi im Lande/ 20
Verordnung wegen Einführung Hunnii Chriſtenthums/ 20
Verordnung wegen Erhöhung Friderici Auguſti, Chur-Fürſtens zu Sachſen/ zum König in Pohlen/ 21. 22
Verordnung wegen eines Regenſpurgiſchen Concluſi des Corporis Euangelici &c. 22. 23
Verordnung wegen der Ritter-Dienſt-Leiſtungen/ 26
Verordnungen wegen des Müntz-Weſens/ Kipper- und Wipper-Müntzen/ 29. 30. 31. 32
Verordnungen wegen eines freyen Bergwercks/ 33. 34
Verordnung wegen Ausführung des Eiſens/ 34
Verordnung wegen Aufrichtung einer Berg-Geſellſchafft/ 35. 36
Verzeichnüß und Nahmen der Berg-Wercks-Zechen und Stollen/ 36
Verordnung wegen allgemeiner Anlag und Steuer zur Bezahlung der Schwediſchen Trouppen/ 39
Verordnung wegen Steuer-Befreyung auf eine gewiſſe Anzahl Jahre/ vor diejenigen/ ſo öde Güter anbauen/ 39. 40
Verordnung wegen der Steuer-Reſte/ 40
Verordnung/ daß die Steuer-Einnehmer alle Viertheil-Jahre Rechnung thun ſollen/ 40
Verordnung/ daß bey Begebenheiten/ wann die Contribuenten durch ihr Verſchulden in Ruin gerathen/ nebſt der Hoch-Fürſtl. Cammer die Landſchafft der Steuer halber den Vorzug vor andern Creditis mit haben ſolle/ 40. 41
Verordnung wegen Einrichtung der Steuer-Büchlein/ 41
Verordnung wegen der Steuer-Exequirer/ 41
Verordnung wegen Verpachtung der Cammer-Güter/ 42. 43
Verordnungen wegen Stempelung des Papiers/ 43. 44
Verordnung/ die Handroß-Handlöhner betreffend/ 45. 46
Verordnung/ daß ſich die Unterthanen mit gutem Gewehr verſehen ſollen/ 50
Verordnung wegen Ausraumung

der Fiſch-Bäche / und Gräbnung der Wieſen / 56
Verordnung wegen der Wochen-Märckte zu Bayreuth / 56. 57
Verordnung / daß die Partheyen die primam inſtantiam nicht übergehen / auch die Advocaten die cauſas nicht vermengen / noch die Beylagen mit Signis, ſondern mit litteris, oder numeris bemercken ſollen / 57
Verordnung wegen des verbeſſerten Calenders / 57
Verordnung / daß alle Aduocaten und Schrifftſteller die Supplicationes und Schrifften mit ihrem Nahmen unterzeichnen ſollen / 58
Verordnung / daß man bey denen Fraiſch-Aembtern die vorkommende Inquiſitiones nicht verzögern / ſondern möglichſt beſchleunigen ſolle / 59
Verordnungen wegen graſſirender Peſt / 61. 62
Verordnung wegen Execution der Gelder von Stempel-Papier / und Stroh-Cräntzen / 63
Verordnung wider die ſogenannten Banco-Billets, 67. 68
Umgelds-Ordnung / 44

W.

Wald-Ordnungen / 27. 28. 29

Z.

Zehend-Regiſter / 46

TANTVM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415112222-333183754-10/fragment/page=0087

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-119201541511222-333183754-10/fragment/page=0088

ALVENSLEBEN
Le
82

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-119201541511222-333183754-10/fragment/page=0089

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-119201541511222-333183754-10/fragment/page=0090

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-119201541511222-333183754-10/fragment/page=0091



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-119201541511222-333183754-10/fragment/page=0092

Q. B. V.

ORATIO HISTORICA EADEMQ. ALTERA

DE

# LEGIBVS AC CONSTITVTIONIBVS BRANDENBVRGICIS IISQVE IN SVPERIORI BVRGGRAFIATV NORICO PROMVLGATIS ET PER TYPOS VVLGATIS

IPSO NATALI XLV. LONGE EXOPTATISSIMO

*SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI DOMINI*

## GEORGII GVILIELMI

MARGGRAFII BRANDENBVRGICI BORVSSOR. MAGDEBVRG. STETINENS. POMERAN. CASSVB. VANDAL. MEGAPOL. VT ET IN SILESIA CROSSENSIVM DVCIS RELIQVA

PATRIS PATRIAE OPTVMI DOMINI AC NVTRI-
T

CORAM

M. IO

ILLVSTR

CO P

Baruthi, I

CHRISTIAN-ERNESTINI TYPOGRAPHI,